Aut quid est, quod quisquam hominum fretus ipsius fallaci foedere, aliquid sibi possit de quantumvis magnificis promissis illius polliceri? aut vero etiam sperare se, conditionibus cum eo pactis et constitutis, firmum et certum aliquid in Livonia habiturum? cum apud hunc hostem pactum ludus sit: jusjurandum jocus, existimatio tenebrae. Cujus equidem rei insigne admodum sed miserabile documentum universae Germaniae esse possunt: Firstembergius primum, qui magistrum ordinis in Livonia gessit, deinde etiam Episcopus Derptensis: quibus utrisque in fidem acceptis, non modo datam et pactam fidem non servavit, sed etiam ipsis propterea extremam perniciem est machinatus. Itaque non potuisse nos praetermittere, quin horum omnium tam Caes. Majestatem, quam reliquos Romanorum imperii ordines, pro officio nostro et singulari erga Christianitatem benevolentia, admoneremus, ut, quantum possunt maxime, J. Ducem Magnum in officio contineant et ab ejusmodi proposito ac incepto non solum Livoniae, sed etiam universae Germaniae et toti christiano imperio pernicioso avertant. Quibus sane omnibus terris ac ditionibus, cum magnum ex iis, quae modo breviter diximus, tum majus multo periculum ex Narvica non ita pridem usurpari coepta navigatione imminet. Quam etsi nos per id tempus, quantum maxime potuimus, prohibuimus, constitutis ad eam rem speculatoribus maris, qui naves mercatorum eo tendentes indeque reverten-

tes interciperent: deque eo consilio ac instituto nostro ad plerosque christianos reges et principes, et respublicas diligenter perscripsimus; tanta est tamen vel avaritia mercatorum, vel temeritas ac negligentia nonnullorum regum, principum et rerumpublicarum, etiam ad imperium pertinentium, ut exigui admodum compendii gratia, quod ad privatos quosdam eorum mercatores redire possit, non dubitent eadem re, et Mosci hostis cupiditatem ad subjugendam et occupandam tanto celerius Livoniam, propter portus et emporii Narvici, opportunitatem inflammare, et non minus suas quam universas christianorum vicinas, remotas ditiones in summum et manifestissimum discrimen adducere. Quemadmodum Orator noster ex prima instructione sua, quam illi abeunti misimus, et ex his scriptis, quae nunc mittimus, uberius cognoscet. Et quoniam non desunt, qui huic perniciosissimo instituto suo nomen etiam et auctoritatem Caes. Majestatis et fortassis ipsorum quoque imperii ordinum et praetexunt jam nunc quidem, et deinceps etiam praetexere conabuntur, recte et cum ex sua dignitate, tum ex totius reipublicae christianae utilitate facturos esse ordines imperii ostendet, si navigatione ejusmodi publico edicto sub poenis gravissimis interdicant, deque periculo et incommodo hujus navigationis verbis potius nostris fidem habeant, quam velint re ipsa, quod Deus Optimus Maximus avertat, cum magno et suo et totius Christianitatis malo experiri. Atque id quidem ut faciant, etiam atque etiam Orator postulabit. Atque haec fere sunt, quae ad nostram superioris conventus imperii legationem Orator noster subjunget, et ad quae responsum, tum perpetuae erga imperium benevolentiae, tum etiam diuturnae exspectationi nostrae accommodatissimum postulabit.

XVI.

Sigismundus Augustus etc.

Caesareae Majestati.

S. et E. etc. Commisimus Venerabili Lucae Podoski, Praeposito Gnesnensi, Canonico Cracoviensi et Secretario atque Oratori nostro apud Majestatem vestram, ut illam de nonnullis rebus nostris in hoc conventu imperii conficiendis, nostro nomine alloquatur. Quamobrem petimus a Majestate vestra, ut verbis illius fidem habeat et, quae ex ipso intellexerit, in iis nobis fraternam suam benevolentiam praestet. Fecerit nobis Majestas vestra rem gratissimam et fraterna nostra benevolentia referendam.

Dat. Varsaviae 20 Aprilis 1570.

XVII.

Sigismundus Augustus etc.

Ordiuibus Imperii.

J. et R. ac Illustribus Principibus et dominis Caes. Majestatis locum tenentibus, Sacri Romani Imperii Electoribus, Ducibus et ceteris ordinibus Germaniae, in conventu Spirensi congregatis, amicis nostris charissimis et honorandis. Salutem et omnium bonorum felix incrementum.

J. et R. ac Illustres Principes et domini, amici charissimi et honorandi. Commisimus quaedam Venerabili huic Lucae Podoski, Praeposito Gnesnensi, Canonico Cracoviensi et Secretario atque Oratori nostro apud Caes. Majestatem, quae ad Illustritates ac Paternitates vestras deferret nostro nomine. Itaque postulamus, ut in iis omnibus fidem illi ha-

beant et, quae ex eo intellexerint, ea studio et benevolentia sua erga nos solita prosequantur. Bene valeant Illustritates et P. vestrae.

Dat. Varsaviae 20 Aprilis 1570.

XVIII.

Lucae Podoski Oratio ad Ordines Imperii.

Die 29 Aprilis in audientia publica apud omnes ordines Imperii, hac primum salutatione nomine S. Regis mei ad eos in absentia Caesaris usus sum:

R. et J. Principes, vosque ceteri Sacri Romani Imperii ordines inclyti. S. ac Potentissimus Dominus Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae etc., dominus meus clementissimus, studia et officia sua S. Caes. Majestati inprimis, tanquam fratri et consanguineo suo, ac ceteris Celsitudinibus vestris, Sacri Romani Imperii Electoribus, Principibus, Ducibus et aliis vel consanguinitatis et affinitatis, vel vicinitatis et pactorum communium jure conjunctis Principibus et ordinibus defert: prosperamque valetudinem omnibus fortunis cumulatam Celsitudinibus et Excellentiis vestris a Deo Optimo Maximo precatur, has vero litteras S. Majestas illius Regia misit.

Tandem oblatis litteris et data mihi per Archiepiscopum Moguntinum [1]), Electorem Primarium, facultate dicendi, iis plane verbis mandata Regiae Majestatis ipsis exposui:

Cum vel ob communium affinitatum jura, vel ob pactorum et foederum conjunctionem, nihil antiquius S. Rex Polo-

---

[1]) Daniel Brendel, Elektor Arcybiskup Moguncyi.

niae, dominus meus clementissimus, una cum omnibus Regni sui Poloniae ordinibus, apud se ducat, quam ut Sacrum Romanum Imperium ita floreat, ut non solum armis, sed etiam fama nominis sui omnibus hostibus nominis christiani terrori sit, desiderat omnino Regia illius Majestas, ut haec negotia imperii, quibus de convenistis et quae a rationibus regni Majestatis illius Regiae propter vicinitatis et communium tum affinitatum, tum pactorum conjunctionem non admodum sint aliena, ita conficiant, uti maxime ex republica omnium christianorum esse videatur. Cujus rei illam spem esse existimat, si, abjectis iis omnibus rebus, quae sunt inter Celsitudines et Excellentias vestras quarumcumque discordiarum seminaria, animis et voluntatibus inter se congruant, seque ita componant, ut, quemadmodum sunt unius imperii et unius reipublicae vinculo et communione sociati, ita ad conservandum hoc unum et commune imperium communium voluntate et consilio ferantur. Velim enim repetere paulisper memoria, quam floreret olim Germania consilio, opibus denique ipsis, rerum prosperarum successibus, dum floreret mutua concordia et domestica animorum consensio, plane ut Deus ipse Optimus Maximus singulari quadam ratione omnibus illius coeptis divinitus quaqua versum aspirare videretur. Nunc si forte status et ordines Germaniae non eundem quem olim divini erga se numinis favorem experiantur, (id quod sane Regia Majestas Princeps non solum vicinitate, affinitate, religione, sed etiam plane omni studio et voluntate Germaniae conjunctissimus dolens admodum commemorat) cuperet illius Majestas, ut in se quisque paulisper descenderet et diligentius inquireret, ac non omnia dissensionibus domesticis mutata et ad hunc, quem cernimus, statum et conditionem priore utique aliquantum deteriorem adducta esse videantur. Regiae itaque Majestati, pro ea quae sibi cum hoc imperio vetus et arcta admodum intercedit necessitudo, nihil gratius acciderit, quam si intellexerit veterem illam omnium ordinum inter se concordiam, veterem omnibus in rebus gravitatem atque constantiam, qua faciles majores illorum tanti imperii domicilium in Ger-

mania constituerunt, et qua hostibus quoque ipsis formidabiles exstiterunt, denuo inter ipsos urgere ad salutem et conservationem ejusdem imperii, quod a majoribus suis traditum per manus acceperunt. Quod quidem idcirco Majestas illius hoc loco amice et fraterne apud inclytos vestros ordines commemorare voluit, quod in hac vicinitate barbararum gentium Majestatis illius collocata omnes vires barbarorum in id unum propemodum intentas esse intelligit, ut cum universa ipsa christiana regna et imperia, tum vero caput ipsumque christiani imperii ex orbe terrarum deleant et exstinguant, freti maxime discordiis et dissensionibus eorum, quorum praecipue concordia stabilem ac firmum hujus imperii dominatum efficere debuit. Hoc autem ut S. Caes. Majestas et ceteri inclyti ordines imperii a S. Rege meo in bonam partem accipiant, Regia illius Majestas postulat. Deinde ignotum S. Caes. Majestati et reliquis S. Romani Imperii Principibus et ordinibus S. Rex Poloniae, Dominus meus clementissimus non esse existimat, quam a multo tempore causa proscriptionis J. D. Alberti Senioris Marchionis, Brandeburgensis et in Prussia Ducis, consobrini Regiae Majestatis, in conventibus imperii agi et versari coeperit. In qua quidem causa cum Regiae Majestati et Regno illius Poloniae plurimum momenti situm sit, ne in tam gravibus negotiis ob labilitatem memoriae aut errorem alicubi committam, aut aliquid forte necessarium praetermittam, consultius mihi videtur, ut ex praescripto potius quam memoriter ea, quae mihi commissa sunt, dicam &c. Inprimis autem solenni contestatione, ut libet non me apud S. Majestatem Caes. et reliquos vestros S. Romani Imperii ordines tanquam Judices, sed tanquam apud personas omni honore et observantia dignas, nomine Majestatis Regiae, domini mei clementissimi agere dicereque velle &c. Ac ut breviter ea in memoriam reducantur, quae in superiorum temporum comitiis imperii copiose ab Oratoribus S. Regum Poloniae in causa Prussiae acta et commemorata sunt. Non potest profecto S. Rex Poloniae, dominus meus clementissimus, non graviter ferre, quod ea, quae vel ex ipsa fundatione ordinis

Theutonici in Prussia per Reges et Principes Poloniae, vel ex ipso progressu et incremento rerum in Prussia et occasione illius per aliqot pene secula gestarum clari juris sunt quaque auctoritate vivorum Imperatorum Romanorum, Friderici, Maximiliani et aliorum in causa Prussiae firmata sunt, quibusdam judiciis in dubium revocari videantur. Quis enim christianorum principum aequo et pacato animo id ferre posset, si quis alienus, praetermisso legitimo ordine juris, subditum et vasallum ejus invitum ad jus suum vocaret, et in eum jurisdictionem suam exerceret, vel qui jus suum clarissimis et validissimis rationibus roboratum, exquisito aliquo colore, labefactari videret. Si enim Prussiam post humanam memoriam et post Christi religionem illic plantatam, et in re belli et pactionibus multis ad Regnum Poloniae semper pertinuisse, atque eos, qui terras Prussiae tenuerunt, in fide et clientela Regum Poloniae fuisse, Magistrosque ipsos et possessores terrarum Prussiae juramentum fidelitatis et subjectionis S. Regibus Poloniae pro tempore exsistentibus juxta pacta conventa praestare, atque alia officia et munera debita explere consuevisse; si denique in multis pergravibus actionibus et controversiis, quae olim S. Regibus et Principibus Poloniae cum iis intercesserant, qui se Magistros ordinis Theutonici in Prussia nuncuparant, nullam illarum coram S. aliquo Imperatore aut Rege Romanorum agitatam fuisse: annalium et authenticarum litterarum testimoniis clarius est, quam ut de eo dubitare quisquam possit. Ex quibus facile apparet, eos, qui Prussiae praefuissent, S. Imperatorem vel Regem Romanorum pro judice, quivis eis dicere deberet, nunquam agnovisse, neque Prussiae terras ad Imperii Romani ditiones unquam pertinuisse, solos vero Poloniae Reges terras Prussiae optimo jure sibi vindicare, quod postéaquam eorum tantum beneficio et sociis, armis, ordo Theutonicus dominatum in Prussia fuerat adeptus, ideo quoque in nullius alterius fide ordinem fuisse aut esse debuisse, praeterquam eorum, quorum auxilio et opera ad possessionem istarum terrarum primum pervenisset. Quamobrem merito certe et olim

quidem Divus Sigismundus Rex, parens Majestatis Regiae clarissimus, et Majestas ipsa Regia dominus meus clementissimus, in aliquot conventibus imperii diligenter curabat, neque etiam nunc negligendum id sibi esse putat, ut hoc decretum proscriptionis contra J. D. Ducem Prussiae a judicibus Camerae Imperialis, nullam prorsus jurisdictionem in Illustritatem ejus et terras Prussiae habentibus, latum, tanquam illegitimum et non satis aequum tolleretur et abrogaretur. Neque dubitat Majestas illius Regia, se id, quod postulat apud Caes. Majestatem et apud omnes Celsitudines et Excellentias vestras, Sacri Romani Imperii principes et ordines, et propter aequitatem ipsius causae, et propter pacta ac foedera Regum Poloniae cum Imperatoribus Romanis majoribus S. Majestatis Caes. in hoc negotio inita, impetraturam esse. Ac ne res sole, ut ajunt, meridiano per se clarior praeter necessitatem altius repeteretur, pacem illam et transactionem perpetuam inter Dominum Casimirum, Regem Poloniae, avum Majestatis Regiae et Magistrum quondam ordinis Theutonici in Prussia Ludovicum ante nonaginta annos de fratrum consensu factam abunde id testari. Quam transactionem Divi illi Imperatores Romanorum, Fridericus et Maximilianus non solum non improbarunt, sed etiam auctores Magistris fuerunt, quo juxta eam jusjurandum Poloniae Regibus tanquam supremis dominis suis, id quod fecissent, in posterum etiam praestarent. Ad quod accedit, quod Divus Imperator Maximilianus, datis super ea re Divo Sigismundo Regi Poloniae, parenti Majestatis Regiae, publicis diplomatibus, inter alia verbo suo Caesareo promisit, quod sub fide boni, legalis et ingenui Principis non esset subtracturus Prussiae Magistrum et ejus ordinem ab iis, qui Regibus et Regno Poloniae deberent. Quae cujusmodi essent, sub calce tabularum his verbis expressit. „Non inhibebimus, inquiens, aut subtrahemus a praestando juramento, quod debet suae S. Majestati et Regibus Poloniae, et quae praedecessores ipsius Magistri faciebant, neque auxilium, neque consilium illi praestabimus in damnum et detrimentum ipsius S. Majestatis ejusque Regni". Quibus verbis

nihil potest esse planius, neque ulla re evidentius ostendi potest, terras Prussiae et earum Principes. Regibus et Regno Poloniae fuisse, et sse subjectos, quibus toties jam a multis inde annis, debitum fidelitatis, juramentum, maximis illis Imperatoribus, Divo Friderico et Divo Maximiliano id ratum habentibus, praestiterunt. Quod si aliquando Magistri Prussiae ab expeditionibus bellicis voluntate Principum ac Regum Poloniae vacationem habebant: id quidem magni beneficii loco reputabant, illudque ipsi Magistri litteris suis publicis cum magna animi gratitudine testati sunt. Praeclara certe tunc erant tempora, cum clientes grati et beneficiorum memores fidem dominis et patronis suis praestabant, verum euntibus annis (ut pleraque in deterius labuntur) sic Magistri quidam a fide et pactionibus majorum suorom deficere in animum suum induxerant atque executionem debitam excutere conati in fidem et tutelam alienam se conferre studuerant, sed Deo Optimo Maximo vindice ad officium tandem reducebantur. Cum itaque ex iis clarissimis argumentis et ex multis aliis, quae brevitatis studio in praesentia omittuntur, evidenter constet, decretum hoc proscriptionis a Judicibus Camerae Imperialis contra omnem juris formam adversus J. D. Albertum Seniorem, vasallum et immediate subditum principem Regni Poloniae esse latum, rogat S. Caes. Majestatem et omnes S. Romani Imperii ordines S. Rex Poloniae, Dominus meus clementissimus, ut irritum et nullum esse, uti a non suis judicibus latum et contra pacta et foedera Divorum Maximiliani, Imperatoris Romanorum et Sigismundi, Regis Poloniae, quae fidem omnium futurorum Caesarum Regumque Poloniae mutuo invicem sibi in perpetuum obstrinxerunt, promulgatum juberent, atque ab hac injuria proscriptionis Illustritatem ejus liberam et absolutam esse vellent. Si vero quisque esset, qui contra Illustritatem illius jure xperiri necesse haberet, coram Majestate Regia Polonorum, tanquam supremo et immediato Illustris Ducis et omnium terrarum Prussiae Domino, id fateri tuto poterit. Quandoquidem actor debet sequi forum rei. Quod ipsum in foedere inter Divum

Ferdinandum Imperatorem, dum adhuc esset Rex Romanorum, et S. Regem meum icto disertis et planis verbis expressum est, Regia vero Majestas haud gravate id factura est, ut jus quisque suum obtineat, talemque se judicem praestet, neutram ut in partem propensior, sed solius veritatis et justitiae studiosa esse ab omnibus cognoscatur. Verum si semper alias J. Duci Prussiae, ac pro illo S. Regibus Poloniae justissimis de causis laborandum fuit, ut pergravis haec et non satis aequa proscriptio ab Illustritate ejus tolleretur, tum hoc sane tempore vel maxime laborandum est, quo quidem tempore Illustritas ejus praeter eam acerbitatem, quam ex proscriptione jampridem percepit, etiam propterea amplissima haereditate in Germania arcetur, quae alioqui ad Illustritatem ejus legitimo successionis jure est devoluta. Nam quod ille se non sistit ad diem a non suis judiciis sibi dictum, a Divo Sigismundo Rege Poloniae prohibitus fuit, Regia ut, si quae est, non illius haec culpa videatur esse. Quapropter S. Caes. Majestatem ac reliquos S. Romani Imperii ordines iterum atque iterum rogat Majestas illius, ut proscriptionem hanc tam acerbam et diuturnam optimi senis et inter ceteras Germanicas familias illustri familia orti Ducis abrogent et tollant, neque permittant, ut Illustritas ejus Princeps genere, aetate, experientia et virtutibus omnibus heroicis clarissimus, ac de Majestatis Caesareae domo atque familia in florenti illa aetate sua optime meritus, tam acerbam et genere ac meritis suis indignam proscriptionem ob adversariorum suorum importunitatem atque audaciam diutius cogatur sustinere, simulque cogatur ea haereditate carere, quam legitime sibi debitam adire ob proscriptionem ipsam non potest. Praeterea evocatae sunt patentibus litteris Majestatis Caes. ad haec comitia imperii civitates Regni Poloniae in Prussia, Gedanum et Elbinga ad instar aliarum civitatum, quae ad imperium pertinent, cum tamen in eas nemo quicquam juris, praeter Regem Poloniae, habeat, quemadmodum hoc litteris Divorum Imperatorum expresse cautum et determinatum est. Istae enim civitates nunquam ad imperium pertinebant, sed sicut primordia

et incrementa a Regno Poloniae et hominibus ejusdem regni acceperunt, ita ad Regnum et ad Reges Poloniae semper spectabant. Ac licet Magistri Prussiae magnopere semper civitates ab imperio et obedientia Regum Poloniae abducere studebant, nunquam tamen jus et superioritatem Regum Poloniae, quae tunc usque salva et integra in eis permansit, evertere potuerunt, ipsique Magistri ideo justas temeritatis et perfidiae poenas Deo vindice luerunt. Quare Regia Majestas illius diligenter a Caes. S. Majestate postulat, ne talia mandata, ad alienos subditos (quae et superioritatem Regiae Majestatis in illius civitatibus, et bonam vicinitatem oppugnare videntur) pro fide semel data, deinceps scribantur et ad eas civitates mittantur. Nam cum in eodem negotio Divus ille immortalis memoriae Carolus V Imperator, a Regia Majestate per Internuntios et litteras sollicitaretur, promiserat Majestas illa Caesarea, quod hujusmodi litterae ad civitates illas ditionis Majestatis Regiae nunquam in posterum scribi debebant, uti litterae Majestatis illius ejus rei sunt testes locupletissimi.

Quod autem ad eadem comitia imperii I. Dux Curlandiae, vasallus Majestatis Regiae, litteris evocatus, non venerit, illum Majestas Caes. una cum omnibus S. R. Imperii ordinibus ut excusatum haberet, Majestas illius postulat. Cum enim provincia illa gemino et gravi admodum bello appeteretur, et non minus Suedicis quam Moscoviticis armis oppugnaretur, neque ipsa suis viribus tueri se ac aliorum toties frustra expetita, frustraque promissa auxilia in promptu habere posset, ad Majestatem Regiam uti protectorem (ex jure admodum veteri, et a Romanis Imperatoribus ac Pontificibus, Regibus Poloniae concesso et approbato) jampridem sibi datum ac designatum confugit, ejusque opem dubiis et afflictis rebus suis imploravit. Quo quidem tempore Regia Majestas, cum et dominiorum alioqui per Dei gratiam satis haberet et provinciam, quae ad fidem suam confugeret, impacatam, ac turbis ejusmodi praeter voluntatem consiliumque suum implicatam esse cerneret, et se quoque Regnumque suum assiduis alioqui Scythicis et Vala-

chicis tumultibus vexari animadverteret, fecit, ut, contestata adversus provinciam Livonicam perpetua sua benevolentia, praesidium nullum illi appromitteret, ad aliorum auxilia relegaret. Ac mittebantur quidem crebrae inde ad omnes propemodum Christiani orbis Reges et Monarchas legationes, et hic ipse I. Dux Curlandiae nomine suo et totius Livoniae, ad dominum Ferdinandum Imperatorem et ad alios Germaniae principes, in persona sua veniens supplicabat, ut eorum ope atque subsidio labenti ac concidenti Livoniae provinciae succurreretur. Appellatus est is, qui sibi supremam auctoritatem in universum ordinem Marianum vindicare dicitur, Theutonicus Magister, rogatusque est et obsecratus ab iis, qui tunc temporis in Livonia cum potestate praefuerunt, ut officio suo in defendenda provincia non deesset. Verum ab aliis praeter promissa nihil aliud, ab hoc autem ne verba quidem tunc impetrari potuerunt, ut legationem saltem pro pace mitteret, et se aliquo tamen studio teneri demonstraret. Ita quidem, ut misera provincia, omni ope humana destituta, iterum ad Majestatem Regiam recurrere, fidemque illius serio tandem cum lacrimis implorare necesse habuerit. Itaque Regia Majestas cum videret, maximum in mora esse periculum, propterea quod Moscus truculentus hostis aliquot jam tum opportunas admodum in Livonia arces et civitates, cunctantibus iis, qui eas prae ceteris defendere debuissent, expugnasset, aliquotque insignibus admodum portubus potitus esset, tum misericordia ex calamitate vicinae provinciae christianae permota, tum officio quoque ipso adducta erga dominia sua, quae Livonicis cladibus propter vicinitatem in periculum venire videbantur, quod ea provincia parietis vicem a vicinis barbaris nationibus Regno et ditionibus Majestatis ejus praestaret, accepit eam in fidem et clientelam suam, certis quibusdam intervenientibus pactis atque conditionibus. Sic quidem, ut et omnem molem belli propterea in se ipsam et in ditiones suas derivarit et nisi fuissent haec quoque illius provinciae reliquae, quae supersunt, jampridem a barbaris gentibus occupatae ac funditus excisae fuissent. Hac defensione

Livonica excivit Regia illius Majestas adversum se Succorum Regem ac Moscorum Principem, quorum uter avarior et immanior sit, difficile statuere est, cum his duobus non hostibus, sed monstris naturae propter Livoniam Majestati Regiae fuit hactenus dimicandum, horum duorum non arma, quae non admodum Majestati ejus sunt metuenda, sed fastus, sed dolus, sed immanitas erat Majestati ipsius propter Livoniam sustinenda, non sine summo primum animi dolore, deinde etiam sumptu et labore. Ac augebat quidem hunc sumptum Regiae Majestatis et dolorem illa singularis provinciae ipsius et miseranda calamitas, quod ab iis, a quibus si non defendi, certe deplorari debuit, non modo neque defensa, neque deplorata, sed etiam oppugnata exstitit, cum civitates ipsae maritimae, foedere Anseatico conjunctae et Romano Imperio subjectae, contra non solum foederis istius, sed etiam christianae ipsius caritatis rationem telis, armis, commeatum hostem ipsius et armaverint et aluerint, hactenus alant et arment, ita ut non solum per totos novem annos ad pacem adduci propterea non potuerit, sed etiam tum provinciam ipsam Livoniam magnis cladibus affecerit, tum reliquas etiam Regiae Majestatis ditiones populatus fuerit. Ex iis itaque gravissimis et necessitate ipsa expressis rationibus, quod S. Rex Poloniae, Dominus meus clementissimus, Ducem Curlandiae una cum reliquis Livoniae omni plane ope et humano consilio contra tam potentem hostem Moscum destitutum in fidem et clientelam suam susceperit, atque ob hanc defensionem magnos sumptus, labores, molestias et pericula ad hanc usque diem sustineat, S. Majestatem Caes. una cum omnibus S. R. Imperii principibus et ordinibus gratissimo animo accepturam, Ducemque Curlandiae, quod ad haec comitia imperii vocatus venire non potuerit, pro excusato habituram esse, Majestas Regia certo sibi persuadet, praesertim cum praedictus Dux, una cum reliquis Livoniae ab omnibus pene tempore necessitatis suae extremae desertus, ad fidem Regiae Majestatis confugere coactus fuerit. Illud etiam non praetereundum esse S. Rex Poloniae, D. m. clementissi-

mus existimavit, quod tametsi alias Caes. Majestati per Internuntios et Oratores suos exposuerit: tamen hoc ipsum Caes. Majestati et omnibus imperii ordinibus significat. Magistrum generalem ordinis Theutonici [1]) per Germaniam (ad cujus instantiam I. D. Dux Prussiae proscriptione ejusmodi est involutus) coepisse, sicut quidem ad Majestatem Regiam allatum est, anno ab hinc tertio consilia sua conferre cum Mosco hoste non magis Majestatis Regiae, D. m. clementissimi, et aliorum vicinorum regnorum, quam universae catholicae religionis omnisque politiae perpetuo, missis ad eum Internuntiis, qui verbo liberationem Firstembergii, quondam Livoniae Magistri, atque adeo defensionem ordinis Theutonici ab eo tyranno peterent, re ipsa vero ad eum primo vicinarum quarundam, deinde aliarum quoque remotiorum et catholicarum regionum dominatum deferrent, aliasque cum eo occultas et minime licitas conspirationes inirent. In quo quidem Magister ille generalis illud ridicule egisse videtur, quod cum integra adhuc ad defensionem ipsius pro officio suo adversus Moscum accesseretur, susque deque tam officium suum in hoc genere, quam defensionem Livoniae habere videbatur in eo, quod neque milites, neque pecuniam, neque legationem adeo ullam durissimis illius provinciae temporibus usquam miserit. Nunc autem, desperatis plane iis rebus, quae per ipsius negligentiam in Mosci venere potestatem, aut salvis misericordia et sumptu maximo Regiae Majestatis, D. m. clementissimi, cum Mosco tamen potius occultis conspirationibus colludere quam R. Majestati de conservandis reliquiis Livoniae gratias agere malint. Etsi autem Regia illius Majestas providit hactenus et deinceps providebit, ne quid tam regnum Majestatis illius, quam universa ipsa respublica christiana ab occultis istis conspirationibus detrimenti accipiat: tamen in communi totius religionis catholicae et universi regii nominis, inprimisque Romani ipsius Imperii causa adversus hunc barba-

---

[1]) Jerzy Hund von Menkheim był w tym czasie Wielkim Mistrzem Zakonu Niemieckiego.

rum et schizmaticum tyrannum, qui nomen et appellationem Romanam pejus cane et angue aversatur, sibi vero et titulum et coronam imperialem usurpat, permultum interest coitiones ejusmodi ab iis quoque impediri, penes quos domicilium est Romani Imperii adversus eos praesertim, qui ex ipso quasi ejus imperii gremio et ex ipsis illius visceribus enati ad oppugnandum illud ita veniunt, ut, dummodo ordo et status illorum quomodocumque conservetur, quid de universo ipso imperio deque catholica ipsa religione fiat, paululum admodum pensi habere videantur. Quamobrem postulat S. Rex Poloniae, D. m. clementissimus, ut S. Majestas Caes., una cum omnibus S. R. Imperii principibus et ordinibus, tam perniciosis conatibus sese opponant, ordinemque ipsum auctoritate sua cohibeant, neque permittant, ut dum is rebus privatis suis vicina regna et imperia christiana in periculum et discrimen adducat. Si enim hactenus suis duntaxat viribus fretus Moscus, et nullius cultae ac expolitae gentis auxiliis adjutus, dominatum totius Septemtrionis, quem animo accepisse jampridem videtur, magna ex parte est consecutus, cujus rei tot ab illo Scythicae subactae nationes et postremo aliquot etiam in Livonia nobiles captae arces ac urbes triste admodum documentum esse possunt; quid erit de Suecia, Norvegia et reliquis vicinis christianis regnis ac ditionibus, si semel christianorum et catholicorum hominum favore ad augendam et stabiliendam hanc jampridem in animo suo designatam Septemtrionis dominationem nisi coeperit? Profecto omne regnum in se divisum et suas ipsius in res in se conversas desolabitur, et qui se invicem momorderint, invicem consumentur. Ac mihi quidem Regia illius Majestas afflictam illam conditionem subactae jam tum per Moscum magnae partis Livoniae miserata ad extremum fuisset, et nisi praesentem laboranti ac periclitanti provinciae opem pro pietate sua tulisset, vidisset profecto vidisset ipse orbis terrarum nihil hoc uno hoste ad evertenda christiana dominia nihil cupidius, nihil denique promptius esse, aut paratius. Sed Deo sit gratia, cui adhuc aliter visum fuit. Et haec quidem si suis unius fretus vi-

ribus perficere Moscus potuit, quid dicemus deinceps, si quos praeterea ex nostris immoderatae istius suae cupiditatis ac potentiae fautores et administros habere coeperit? Nimirum pervadet haec flamma ac serpet longius et vicina quaeque sensim labendo etiam remotiora (quod Deus omen avertat) depascet et depopulabitur, nisi mature ei rei ac tempestive obviam itum fuerit. Quamobrem Potentissimo Caesari, vobisque ceteris S. Imperii Romani ordinibus providendum est, ut fomites istos futuri incendii in sinu suo opprimatis et exstinguatis, ne postea, cum ignis vires per negligentiam sumpserit, exstinguere etiamsi velitis non possitis.

Inprimis autem S. Caes. Majestati tanquam Principi et Monarchae omnium imperii ordinum, quandoquidem Majestas Caes. hanc causam, cum primum ad ipsam a S. Rege meo per Oratores deferetur, in se receperit, et ad locum ac tempus imperialis istius conventus visa est distulisse, perficere pro bono reipublicae christianae convenit, ut ne qua in posterum ejusmodi conspirationum scintilla usque appareat. Quarum quidem petitionum et persuasionum S. Regis Poloniae, D. m. clementissimi S. Caes. Majestatem, una cum omnibus Celsitudinibus vestris, Principibus et ordinibus imperii aequam rationem pro bono reipublicae christianae habituram esse, Regia illius Majestas certo sibi persuadet; vicissim etiam nullum studii et officii genus Majestas Regia praetermittet, quod ad amplificandam dignitatem Majestatis Caes. et hujus S. Imperii pertinere videbitur et, quae antea pro multis necessitudinum causis Majestati Caes. et Sacri hujus Imperii ordinibus debebat, ea deinceps, si totum id, quod sperat et optat, postulatis Majestatis illius dederitis, magis ac magis se debere profitebitur.

XIX.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater s. n. d. Ad quaternas P. vestrae respondemus, et quidem ad primas primum. Scribit P. vestra die 11 Martii, se et cum S. D. nostro et cum Rotae Auditore de negotio Abbatis Vanchocensis egisse: quod nobis sane gratissimum accidit. Nolumus autem ignorare P. vestram, certiores nos factos esse etiam aliunde, explicationem ejus negotii nihil amplius difficultatis habituram esse, persuaso S. D. nostro abunde de causae hujus justitia et aequitate summa. Dabit igitur operam P. vestra, ut, quae opus sunt, ea quam celerrime pertexantur et ad finem optatum perducantur. De recuperanda summa 15 m., videmus, ad diligentiam P. vestrae addi posse nihil. Quo minus profecto mirandum est in ceteris non magnopere profici apud gentem illam, cum in causa tam aperta et manifesta, et quae non maximum nec in hanc, nec in illam partem momentum continere videatur, nihil hactenus profici possit. Ac videmus nos quidem, quod nam praeterea remedium P. vestra putet esse adhibendum. Sed quis praestabit nobis, ne, donato dimidio, quod censet P. vestra, de reliquis etiam in eodem dubio versemur, in quo sumus. Utinam tam facile residuum exigere possimus, quam certum est, hoc perire, quod donaverimus. Itaque sane amplius deliberandum esse censemus. Interim autem ad reliquas P. vestrae litteras, binas 18, tertias 25 Martii datas, nec dissimili argumento perscriptas respondemus. Per superiores tabellarios ostendimus P. vestrae, in diligentia Cancellariae nostrae rescribendi ad litteras P. vestrae desiderari nihil posse. Uti ex exemplo quoque ipso litterarum nostrarum, quod P. vestrae nunc mittimus, cognoscet. Nunc ex litteris ipsius intelligimus, confu-

sionem potius quandam tabellariorum, quam Cancellariae nostrae negligentiam in causa fuisse, ut aliquid in rescribendo a nobis desiderari posse videretur. De instructione nostra varium esse P. vestrae judicium, miramur. Nam et olim die 4 Februarii scribit nobis, jam tandem ad se esse allatam, et eodem illo tempore scribit quibusdam aliis, eam se probare: at nunc rursus, in iis litteris medio et extremo Martio ad nos datis, se instructionem nostram nullam adhuc videre, praescriptum nostrum, a quo recedendum non sit, non intelligere profitetur. Mittimus igitur iterum exemplum ejusdem illius instructionis Paternitati vestrae die 9 Januarii ad P. vestram datae, quam ut P. vestra iterum atque iterum legat, magnopere hortamur. Caput ejus unum est propemodum sed summe necessarium: pusillum, sed in quo nos omnia propemodum momenta administrandi interim ejus negotii collocavimus: sic, ut quisquis nobis id effectum dederit, hunc instructionem omnem nostram cura ac diligentia sua exhausisse judicaturi simus. Hoc autem illud est, ut litterae tantummodo a S. D. nostro ad S. Hispaniarum Regem obtineantur et in Hispaniam primo quoqe tempore mittantur, perscriptae ad consimilem aliquam rationem, quam nos, celeritati conficiendae rei consulentes, in eadem illa instructione nostra expressimus, vel adumbravimus certe quidem. Atque id sane ejusmodi est, ut neque S. D. nostri, neque S. Hispaniarum Regis animum offendere aut exacerbare posse videatur. Quod sane nunc etiam a P. vestra requirimus hoc magis, quod etsi ipsi quoque jam ad S. Regem illum litteras nostras dederimus, Internuntio tamen nostro mandavimus, ne responsum ad eas ante urgeat, quam, litteras ejusmodi S. D. nostri a S. illius Nuntio redditas esse S. Regi illi, intellexerit. Quo maturius det operam P. vestra, ut eae litterae in Hispaniam mittantur, et quidem conscio Internuntio nostro, quem in Hispaniis habemus. Quid confectum per Barzium fuerit, ne quaerat, scire P. vestram. Scripsimus enim P. vestrae, et ita res habet, nihil prorsus confectum esse. In his autem postulandis a S. D. nostro litteris, non est, quod P. vestra dubitatione

illa differatur, ecquonam modo spoliati dici possimus, cum in possessione eorum bonorum non fuerimus. Scit enim, possessionem aliam civilem esse, quam etiamnum retinemus, aliam naturalem, quae, cum jam inde ab Isabella avia et a Bona matre nostra in nobis sine ulla momenti intercapedine continuaretur, postea per spolium et violentiam nonnullorum nobis est erepta, intrusis aliis. Hos igitur intrusos amoveri, et hoc spolium tolli, et hanc possessionem nobis restitui petimus, cum nos spoliatos ante omnia restituendos esse contendimus. Eas igitur S. D. nostri litteras cum P. vestra obtinuerit, nostro quidem nomine licebit interea quiescat, et gravitatem illam silentii, quam toties a P. vestra, maxima ratione ducti, flagitamus, teneat: hoc autem est, ne usque consilia nostra proferat, ne cuique, quid aut Romae aut in Hispaniis agamus, quid ultro citroque scribamus, aperiat. Itemque, ut amicae transactionis appetentes nos esse, ne tam aperte prae se ferat. Quam quidem non aspernaturos nos esse, si ab rege ipso, aut certe de illius mandato, nobis offeratur, satis est, ipsam P. vestram esse consciam, ceteros esse conscios, minime expedit. Omnino autem, quid consilii ad explicanda negotia nostra ceperimus, aut quid P. vestrae commiserimus, in vulgus ne ostendat: ac ne apud eos quidem, quorum putat esse aliquod erga se, ergave nos et causam nostram studium, sed omnia premat et dissimulet. Litteras fidei si quibus nostras reddit, omnem suum sermonem ad communia et vulgaria illa referat, salutandi officia, benevolentiam nostram commendandi, singularem quendam amorem nostrum erga eos, quibus redditae sunt litterae, praedicandi, spem etiam et fidem nostram commemorandi, nos, si qua unquam in re justa et honesta, studio et benevolentia illorum uteremur, omnia aequa reportaturos esse. Interim consilium auxiliumve illorum libenter nos temporibus nostris necessariis reservare. Haec nostro, privatim suo nomine, quominus, quod causae conducere arbitretur, agat et loquatur, id nos quidem, uti olim prudentiae ipsi P. vestrae permisisse nos memoria tenemus, ita nunc etiam permittimus. Esse

autem prudentiae arbitramur, ut P. vestra, cum intelligat et nos ipsos jam ad S. Hispaniarum Regem litteras dedisse, et alias a S. D. nostro ad eundem exspectare, ipsa sibi a suis ad Serenitatem ejus perscribendis, aut a mittendo eodem nuntio, temperet et, quantum nos ipsi, adjuti favore S. D. nostri, proficiamus, exspectet. Tum, si quid opus fuerit, ea etiam remedia tentabimus non inviti, quae nobis P. vestra suggerit. Quae etiam ipsa libenter fortassis secuti fuissemus, si, antequam nos ipsi manum adposuissemus, aliquid de iis suspicari potuissemus. Quod scribit P. vestra, se ad nos mittere Clodinii ad se scriptas litteras, eas non habuimus: habuimus pleraque alia, de quibus mentionem in litteris P. vestrae nullam videmus. Utut est, ex iis tamen, quae ad nos ipsos scribit Clodinius, intelligimus monstri nescio quid ali in hac causa expilatae haereditatis. Quod si in re tam aperte et manifeste justa, adjuti tot et rationum et commendationum subsidiis, nihil aliud proficimus, quam quod, unde modo ad Viceregem relegabamur, rursus a Vicerege res nostras videmus relegari, facile intelligit P. vestra, in rota illa nos versari, quam homines pragmatici hispanicam appellant, nos ab illa, quae vulgari nostro proverbio dicitur ab Anna ad Caipham, paululum admodum differre arbitramur. Intelligit et illud, quod vere dixerint ii, qui transactionem de causa principali, apud unum Viceregem suscipiendam, tractandam, perficiendam esse censuerunt, cum videat, causam hanc minoris multo momenti, alio tamen a Vicerege relegari. Itaque deinceps omnes ejusmodi sermones, qui ex lacunis et non ex fonte ipso proficiscuntur, audiat quidem P. vestra et ad nos perscribat, sed eos et uti vanos negligat, et se iis a praescripto nostro dimoveri ne patiatur. Si enim ea quoque ipsa, quae ex fonte ipso interdum in hac causa nostra proficisci solent, ejusmodi sunt, ut ἐποχήν tamen illam Academicam requirere videantur, (quod quidem ita esse, ex omnibus propemodum iis mandatis, quae ex Hispaniis Neapolim in causa nostra mittuntur, cognosci potest, quae ita perscribi prorsus solent, ut, quae petimus, non con-

cessa magis quam negata esse videantur) quanto magis ab eorum, quae ex lacunis quibuscumque proficiscuntur, assensu abstinendum esse arbitrabimur. Atque hi quidem sunt artus illi sapientiae, non, ne quid unquam credas, non, ne cuiquam credas, sed ne temere, id autem est, ut bene discernas, spiritus an ex Deo sint. Sunt enim etiam, qui, cum sint spiritus tenebrarum, transfigurant se in angelos lucis, et qui, ut sese tanto magis in benevolentiam tuam insinuent, non dubitant et labores pro te suscipere et officia exhibere in speciem humanitatis plenissima: usque adeo, ut etiam praescribere non graventur, quid aut in agendo sequare, aut in scribendo. Sed non frustra dictum est, attendendum esse ab iis, qui veniunt in vestimentis ovium, cum plerumque intus sint lupi rapaces. Verum prudenti satis, atque adeo P. vestrae fortassis etiam nimium. Recte fecerit P. vestra, si hanc hominum illorum in instituendo processu de expilata haereditate tergiversationem S. D. nostro ob oculos posuerit. Inter cetera, quae a P. vestra cum litteris proxime superioribus accepimus, sunt exempla quoque litterarum ipsius ad Spinosam Cardinalem [1]) et Joannem Manricum. Quae litterae si ad ipsos jam missae sunt, non est, quod amplius dicamus: sin adhuc res integra est, primum dicimus, vix videri mittendas esse. Deinde, si forte mittendae sint, ante omnia levandum esse ex utraque epistola putamus id, quod est de amica transactione. Etsi enim ab ea non abhorreamus, tamen dubium nullum est, si nos esse ejus cupidos Hispanis ostenderimus, quin ad eam nunquam simus voluntate eorum perventuri. Deinde in epistola ad Manricum, quod dicitur, nos haereditatem maternam instanter petentes nunquam adire permissos esse, id castigandum esse sic censemus, ut dicatur, nos possessione bonorum maternorum exclusos, ad eam hactenus restitutos non esse, quamquam instanter restitui petere-

---

[1]) Didacus Espinosa vel Spinosa, Hiszpan, Biskup Siguntyński, Kardynał, prezydował w Radzie Króla Filipa II i był zarazem Wielkim Inkwizytorem w Hiszpanii.

mus. Nam haereditatem quod attinet, eam illi quidem non modo nos adire non prohibent, sed etiam magnopere cupiunt, nos autem, rebus sic stantibus, deliberamus. Cardinali Augustano [1]) concessimus immunitatem, qua majorem nulli principum Germanicorum concessimus. Quamobrem bona spe illum esse P. vestra jubeat, nos sequentibus etiam annis non gravate facturos esse, ut, appellati a P. ejus, demonstremus, gratissima nobis esse officia P. suae. Bene valere P. vestram cupimus.

Dat. Varsaviae 24 Aprilis 1570.

XX.

Sigismundus Augustus etc.

Clodiuio.

Venerabilis d. n. d. Acz w tej kauzie expilatae haereditatis z trudnemi ludźmi, jako baczymy, sprawę mamy, jednak póki się co na tę albo na ową stronę nie odkryje, tak czyńcie i z Adwokaty naszymi, jakoby przedsię aż do końca na pilności naszej nic nie schodziło. Między inszemi rzeczami, gdyż Nuntius S. D. nostri tak wielką w tej mierze pilność i staranie czyni, a nic inszego jedno piękne słówka odnosi, starajcie się, aby saltem to S. D. nostro oznajmił, jako i nas i jego tamci ludzie w tej rzeczy tak jasnej i tak sprawiedliwej traktują etc. Posyłamy wam list do Wicereja po włosku napisany, owa i ten na jakiejkolwiek pomocy być może. Piszemy też takież i do Króla J. M. Hiszpańskiego, aby się w tej kauzie wedla sprawiedliwości zachować rozkazał, obadwa listy wedla minuty, którąście nam posłali. Insze rzeczy pamiętajcie według tego sprawić, jakośmy wam w kilka przeszłych listów naszych poruczyli. O liczbę X. Tycynową, abyście ją nam posłali. Swoję abyście ad calendas Januarias zawzdy gotowali. In causa argenti,

---

[1]) Otto Truchses, Biskup Augustański.

abyście nam wszystek proces posłali, i zawzdy, gdy co do nas referujecie, posyłajcie nam wszystkie skryptury i munimenta w tej mierze. Na ten czas poślijcie nam te rzeczy wedle ceduły, którą wam posyłamy, dawszy przepisać z tych skryptur, które tam są przy was.

Dat. Varsaviae 24 Aprilis 1570.

XXI.

Sigismundus Augustus etc.

Volscio.

Generose f. n. d. Posłaliśmy przedtem niedawno listy nasze dwa w ręce wasze do Króla J. M. Hiszpańskiego: jeden łaciński, drugi włoski: oba w jedne słowa, abyście jeden z nich oddali K. J. M., czas po temu upatrzywszy. A te listy są pisane in causa principali, tak, jakoście wyrozumieli ex summa litterarum ipsarum, którąśmy wam przy liściech posłali. Nie wątpimy, iż was doszły. Ale wy o tych liściech nigdzie indziej, jedno przed Królem J. M. nie spominajcie. Ma też snać być list a S. D. nostro do J. K. M., tak jako nam z Rzymu znać dawają, w rychłym czasie in eodem negotio, który list już Króla J. M. dojdzie, nie chcemy, abyście mieli o respons na list nasz solicytować, aż gdybyście się dowiedzieli, iż ten a S. D. nostro już J. K. M. oddano. Czego będziecie się podobno módz dowiedzieć obyczajnie a Nuntio S. ejus, jeśli wam kto z Rzymu nie napisze. Ale wy o tym liście nic wiedzieć nie chciejcie. Teraz też posyłamy wam list do J. K. M. in causa expilatae haereditatis, jako ex exemplo litterarum obaczycie. Starajcie się, aby in hoc delicto tam notorio et tanti momenti, ex officio procedować przeciw Papagodzie Król J. M. rozkazał, nie wypuszczając go ex carcere, gdyż tego i prawo uczy i sama rzecz podaje, ponieważ zarazem po śmierci Królowej nieboszczki matki naszej, tamże in Regno Neapolitano ten proces ex officio czynić

poczęto. O czem nie chcemy się na ten czas szerzej rozwodzić, wiedząc, iż wam agent nasz z Neapolim dostateczną w tej mierze instrukcyę posłał. Inne rzeczy sprawujcie wedla listów naszych, któreśmy po te czasy do was pisali.

Dat. ut supra.

XXII.

Franciscus Krasinski, Viccecancellarius Regni.

Ticinio [1]).

R. D. amice charissime. Doszła mię manna od P. Kamilla Brankacego, którąś mi W. M. posłał, za które officium W. M. dziękuję. Negotiis Króla J. M. życzyłbym lepszego progressu, niźli do tych czasów widzę, a życzyłbym tak wiele dla W. M. samego, jako dla Króla J. M., bo iżeś W. M. adduxerat in spem meliorum rerum J. K. M., za temi jurgielty nowemi, tedy radbym, aby fortuna ipsa responderet opinioni et spéi S. R. Majestatis, zaczem snadniejby we wszystkiem też W. M. się tu u J. K. M. zachować. Lecz jako baczę z tych listów Settari, któreś mi W. M. posłał, tak wielką pracą mało się jeszcze, albo nie we wszystkiem sprawiło. Bene valeat D. vestra.

Dat. ut supra.

XXIII.

Sigismundus Augustus etc.

Regi Hispaniarum.

Salutem et omnis felicitatis continuum incrementum. Serenissime princeps etc. Jakkolwiek jesteśmy przekonani o do-

---

[1]) Ks. Jerzy Ticini, Sekretarz i Agent Króla Zygmunta Augusta.

brych chęciach i troskliwości W. K. M. o nasze sprawy, atoli ubolewamy nad tém, że w Królestwie Neapolitańskiem ministrowie W. K. M. nie działali z staraniem i godnością, odpowiednią stosunkom przyjaźni i pokrewieństwa, które nas łączą z W. K. M.; mianowicie, że postępowali niedbale w sprawie z przywłaszczycielami spadku po Najjaśniejszej Królowej matce naszej, jakoteż co do wypłaty agentom naszym należnego długu. Poleciliśmy zatem posłowi naszemu, rezydującemu przy dworze W. K. M., ażeby poinformował o wszystkiem W. K. M. Upraszamy wreszcie o udzielenie temuż posłowi łaskawego posłuchania z zupełnem zaufaniem, jakoteż o wydanie tak przekonywającego rozkazu, z którego zrozumieliby ministrowie W. K. M. wzajemną Jej ku nam życzliwość [1]).

Dat. Varsaviae 25 Aprilis 1570.

XXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Viceregi Neapolitano.

Illustrissimo Principi domino Perafano de Ribera, Duci Alcalae, Marchioni Tariffae, Viceregi et locumtenenti generali in Regno Neapolitano, amico nostro charissimo, salutem.

Illustrissime princeps domine, amice noster charissime.

Oczekiwaliśmy z wielką niecierpliwością otrzymania pożądanej wiadomości, że w sprawie wydartego nam spadku po Królowej matce naszej postąpionem będzie zgodnie z prawdą i sprawiedliwością, zwłaszcza, że wydaliśmy rozkaz za pośrednictwem J. M. Księdza Stanisława Kłodzińskiego, Sekretarza naszego, ażeby jak najusilniej popierano rzeczoną sprawę. Tymczasem niewysłowienie zdziwieni jesteśmy wiadomością, że nic dotąd w tej mierze uczynionem nie zostało. Okoliczność ta

---

[1]) Przekład z włoskiego.

skłania nas do proszenia was, ażebyście zechcieli czuwać nad sprawiedliwem rozstrzygnięciem tej sprawy, mianowicie, aby tak wielka zbrodnia nie uszła bezkarnie; słowem, abyśmy ze strony waszej mieli dowód przychylności i takiego zajęcia się naszą sprawą, jakiego słusznie spodziewać się możemy, z powodu związków przyjaźni i pokrewieństwa, które nas łączą z J. K. Katolicką M., jakoteż z uwagi, że nie omieszkujemy nigdy w okazaniu J. K. Kat. M. jak najlepszych chęci. Spodziewamy się też, że zechcecie zapłacić rzeczonemu Sekretarzowi naszemu summę, którą winien nam dwór J. K. K. M. tytułem dawnych assygnacyj, jakoteż, że i w przyszłych właściwych ratach wypłata uiszczaną będzie. Wielką to sprawi nam przyjemność, oprócz, że słuszną jest rzeczą, ażeby każdy odbierał co komu należy z prawa, a co jest życzeniem J. K. K.M. Zresztą odwołujemy się do ustnych objaśnień Sekretarza naszego, przyczem polecamy wszystkie interesa nasze [1]).

Dat. ut supra.

XXV.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Moutio [2]).

Magnifice domine, amice charissime et honorande. Epistolas D. vestrae Magn. an omnes habuerim, nescio, aliquot habuisse, prae me fero, ad quarum tamen nonnullas respondi, cum ad omnes prae occupationibus non potuissem. De negotio D. vestrae Magn. Neapolim scriptum est aliquoties ex sententia S. R. Majestatis. Si quid praeterea D. vestra Magn. desiderat, unam superesse rationem video juvandi fortassis illius, quam rationem exposui coram nobili Francisco Crupka, quem hodie

---

[1]) Przekład z włoskiego.

[2]) Ludwik Monti, niegdyś Sekretarz Królowej Bony.

a nobis Neapolim dimisimus. In mea benevolentia D. vestra Mag. ne dubitet et valeat bene.

Dat. Varsaviae 25 Aprilis 1570.

XXVI.

Sigismundus Augustus etc.

Podoscio.

Venerabilis d. n. d. Posyłamy wam instrukcyę na sejm Rzeski, której instrukcyi ta summa jest, abyście się upominali responsu na te rzeczy, które ordinibus imperii były imieniem naszem przełożone in comitiis Augustanis przez X. Podkanclerzego dzisiejszego. Dołożywszy jednak tego, co się w tej teraźniejszej instrukcyi dokłada. Co się tycze Gdańszczan i Elblążan, do tych czasów nie wiemy, aby byli pro hac vice evocati na ten sejm do Spiry. A tak jeśliby nie byli evocati, tedy tej rzeczy nic teraz nie ruszajcie. Lecz jeślibyście tam poczuli, iżby i do nich listy de more ex Cancellaria imperii wydano, aby na ten sejm Rzeski przyjechali, tedy wedla pierwszej legacyi X. Podkanclerzego popierajcie, aby deinceps nie byli ewokowani. Lecz o tej rzeczy cokolwiek się tam dowiecie, iż albo są evocati, albo nie są na ten sejm Rzeski, dajcie nam znać co najrychlej być może, jeszcze pierwej niż respons ab ordinibus mieć będziecie, bo nam tego wiedzieć potrzeba. Factura pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae 25 Aprilis 1570.

XXVII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Camillo Brancatio.

Dziękuję nieskończenie W. M. M. Panu za przysłaną mi mannę, której potrzebowałem a nie mógłem znaleść w tym

czasie i w takim gatunku. Ale szczególnie wdzięczny jestem za tę oznakę przyjaźni, która droższą mi jest nad wszystko. Miło mi jest przytem zapewnić W. M. M. Pana, że przy każdej sposobności nie omieszkam odpłacić wzajemnością, za jego względem mnie uprzejmość i dobroć. Niech Bóg zachowuje Pana w zdrowiu i szczęściu [1]).

Dat. ut supra.

XXVIII.

Idem.

Cardinali Hosio.

J. et R. in Christo pater ac domine, domine colendissime. Obsequiorum meorum commendationem. Quod feci in pecunia, idem non minus libenter fecero in omni re, ut operam meam navem I. P. vestrae. Magnae enim felicitatis loco mihi duco, posse aliqua in re inservire, sive dignitati, sive commodis I. P. vestrae. Verum huc quidem (quod tamen I. P. vestra in optimam partem accipiat a me velim) afferuntur non satis grati rumores de sumptibus I. P. vestrae, quibus sumptus multorum aliorum Cardinalium superare dicitur minime necessario: ita sane, ut, cum nonnullis Cardinalibus cedat familiarium numero, eosdem tamen sumptibus faciendis longe post se relinquat. Quae res nostris istis moribus, quibus, ut scit P. vestra I., restrictiores facti sumus, non solum commendationem nullam mereri videtur, sed etiam maximo impedimento est, quominus ita, ut vellem, possim inservire I. P. vestrae. Quantum I. P. vestram observo, tantum ab illa precibus meis contendo, ut velit sumptus istos minuere, qui non solum arcam illius exhauriunt, sed etiam existimationi illius et hic apud nos et istic, uti scribitur, non mediocriter

---

[1]) Przekład z włoskiego.

officiunt. Nam ut hic, ita istic quoque singularis quaedam parsimonia his temporibus invecta esse in mores hominum dicitur, usque adeo, ut ipsae quoque domus Cardinalium in formam propemodum muriorum redactae esse videantur. Nos equidem si liberaliores in se esse I. P. vestra volet, de sumptibus suis limet ipsa necesse est aliquantum, vel potius quam plurimum, nam huc mira adferuntur; quae cum audiantur a nostris, incurrunt in magnam offensionem, quam non modo non tollere, sed etiam augere videtur commemoratio praeteritae nostrae erga se liberalitatis. Haec ergo, pro singulari meo erga I. P. vestram studio, scribenda mihi esse hoc tempore ad illam existimavi, quae ut in optimam partem accipiat, ab illa etiam atque etiam peto et quaeso. Scio, I. P. vestram cura rei familiaris minime occupari. Sed tamen illud negligendum esse I. P. vestrae non arbitrarer, aliquem ut inveniat, qui rem ipsius familiarem cum fide et diligentia tueatur. Bene valere I. P. vestram cupio, eique studia et obsequia mea defero.

Dat. ut supra.

XXIX.

Idem.

Clodinio.

R. D. amice charissime. Wiemyć to dobrze wszyscy, z jakimi ludźmi W. M. tam sprawę mieć musisz, i więcej się temu dziwujemy, gdy je W. M. podczas chwalisz, niźlibyśmy temu wierzyć albo rozumieć nic mieli, jakie tam trudności W. M. potykają. Sed perfer et obdura, a pilności W. M. nie żałuj do końca, jakoś po te czasy nie żałował. A nie możesz-li W. M. jako inaczej tej kauzie pomódz, saltem niechby Nuntius Apostolicus ad summum Pontificem pisał o tej jasnej niesprawiedliwości, którą tam widzi na oko etc. Posyłam W. M. list do Wicereja w te słowa napisany, jako była minuta od W. M. po-

słana. Pisze się też i do Króla J. M. Hiszpańskiego w tejże rzeczy. To, co pisze Król J. M. i teraz i przedtem, miej W. M. na baczeniu posłać i odpisać, pospołu i z Adwokaty, bo teraz za mnie te rzeczy sprawują się pilnie. Listy od Karolusa Cesarza i od Króla J. M. Hiszpańskiego dzisiejszego, o wypuszczenie z korony nieboszczki Królowej, są w ręku D. Fogielwerda. Będą gotowe, gdy ich będzie potrzeba. Bene valeat D. vestra.

Dat. ut supra.

XXX.

Idem.

Volscio.

Generose domine, amice charissime et honorande. Już dawno od W. M. żadnego pisania nie mamy, ani my ani ci co są w Rzymie. A tak staraj się deinceps W. M., ut raritatem crebritate compenses. Co się i teraz od K. J. M. pisze W. M. i przedtem pisało, to W. M. wszystko wedla listów K. J. M. sprawuj, a od listów K. J. M. temere nie odstępuj, bo na tem teraz wiele należy. Bene valeat D. vestra.

Dat. ut supra.

XXXI.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Gambarae [1]).

R. in Christo pater, domine, amice noster charissime. Quod rarius ad P. vestram scribimus, nolumus, ut arbitretur alia id de causa fieri, quam quod nec magnopere habemus quod scri-

---

[1]) Jan Franciszek Gambara, Kardynał, Biskup Florebelski (Florebellus).

bamus, nec aequum esse judicamus, occupationes P. vestrae inanibus nostris litteris interpellare. Ne quis tamen silentium nostrum aliter interpretari possit, noluimus, discedentem hinc Joannem Pagliarinum, R. D. Vincentii Portici S. istius Sedis apud nos Nuntii Cancellarium, sic abire, ut sine nostris ad P. vestram litteris pervenisse in urbem videatur. A P. vestra petimus, ut, si quid is, vel in nostris, vel etiam in R. D. Nuntii negotiis gratia et auctoritate P. vestrae opus habuerit, demonstret P. vestra, se negotia tam nostra, quam R. D. Nuntii habere commendatissima. Fecerit nobis P. vestra rem gratissimam, quam vicissim omni benevolentia illi referemus. Bene valere P. vestram ex animo cupimus.

Dat. Varsaviae 25 Aprilis A. D. 1570.

XXXII.

Sigismundus Augustus etc.

Cardiuali Morono [1]).

R. in Christo pater, domine, amice noster charissime. Cum multis argumentis testata nobis sit benevolentia P. vestrae, non temere praetermittimus occasionem declarandi amoris et grati animi nostri erga P. vestram. Nunc quidem, cum mitteret hinc ad urbem Cancellarium suum Joannem Pagliarinum R. in Christo pater D. Vincentius Porticus, S. Sedis istius apud nos Nuntius, non putavimus nobis esse omittendum, quin per ipsum ad P. vestram scriberemus, eique litteris his nostris omnia fausta ac felicia precaremur. Petimus autem a P. vestra vehementer, ut, si quid forte is aut in nostris, aut in ipsius R. D. Nuntii

---

[1]) Jan Morone, Biskup Tuskulański, mianowany Kardynałem przez Papieża Pawła III, wsławił się różnemi poselstwy, mianowicie na concilium Trydenckiem, na którem prezydował jako Nuncyusz Stolicy Apostolskiej.

negotiis gratiam et auctoritatem P. vestrae imploraverit, declaret et ostendat P. vestra, negotia tam nostra quam D. Nuntii apud se quam commendatissima habere. Fecerit in eo nobis rem gratissimam, et omni nostra regia benevolentia referendam. Bene valere P. vestra cupimus.

Dat.

XXXIII.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Alexandrino [1]).

R. in Christo pater, domine, amice noster charissime et honorande. Mittit R. in Christo pater D. Vincentius Porticus, S. Sedis Apostolicae apud nos Nuntius, Joannem Pagliarinum, Cancellarium suum in urbem. Qui si forte istic gratia et auctoritate P. vestrae opus habuerit, vel in nostris, vel in ipsius Domini sui negotiis, petimus, ut eam illi in omnibus non gravate praestet. Fecerit nobis P. vestra rem gratissimam, quam nos vicissim illi omnibus nostrae benevolentiae officiis libentissime referemus. Bene valere P. vestram cupimus.

Dat.

XXXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Commendono [2]).

R. in Christo pater, amice noster charissime. Cum mitteret ad urbem Cancellarium suum Joannem Pagliarinum R. D. Vincentius Porticus, S. Sedis istius apud nos Nuntius, noluimus

---

[1]) Kardynał Michał Bonellus.

[2]) Jan Franciszek Commendoni.

eum sine nostris ad P. vestram litteris dimittere. A qua petimus, ut, si quid is aut in nostris, aut in ipsius D. Nuntii propriis negotiis, auctoritatem et gratiam P. vestrae necessariam esse judicarit, ostendat P. vestra, se omni et gratia et auctoritate sua negotia ejusmodi non minus libenter prosecuturam esse, quam solet cetera, quaecumque ad nos pertinere intelligit. Fecerit nobis rem gratissimam. Bene valere P. vestram cupimus.

Dat.

XXXV.

Sigismuudus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater s. n. d. Cum mitteret ad urbem Cancellarium suum Joannem Pagliarinum R. D. Vincentius Porticus, S. Sedis istius apud nos Nuntius, noluimus eum sine nostris ad P. vestram litteris dimittere. A qua postulamus, ut, si quid sit, quod is aut in nostris, aut in R. D. Nuntii negotiis a P. vestra expetendum sibi esse existimaret, in eo illi P. vestra declaret, se esse promptam et paratam. Quae bene valeat.

Dat.

XXXVI.

Sigismundus Augustus etc.

Ticinio.

Venerabilis d. n. d. R. in Christo pater D. Vincentius Porticus, S. Sedis Apostolicae apud nos Nuntius mittit hoc tempore in urbem Cancellarium suum Joannem Pagliarinum. Is si forte istic sive in nostris, sive in ipsius D. Nuntii negotiis

studium et operam D. tuae necessariam sibi esse viderit, dabit operam D. tua, ut omnibus in rebus Pagliarinus cognoscat, omnia sibi in illa prompta esse et parata, quae et temporis et negotiorum illorum ratio requiret. Fecerit D. tua pro gratia nostra.

Dat. ut supra.

XXXVII.

Sigismundus Augustus etc.

Brancatio.

Magnifice s. n. d. Intelleximus ex litteris vestris et copiosius ex sermone R. Vicecancellarii nostri studium et diligentiam S. vestrae in rebus nostris, quam nobis S. vestra ne dubitet esse gratissimam. Etsi autem ejusmodi sunt istic inclinationes omnium rerum nostrarum, ut nihil aequi videamur posse unquam obtinere, tamen nos quidem totum hoc Deo Opt. M. permittimus, non dubitans, quin diligentia S. vestrae et aliorum, qui sunt istic aequitatis nostrae studiosi, aliquando tandem justitia haec nostra orbi universo illucescat et hostes suos adducat. Interim, ne quid in nobis desideretur, scribimus Agenti nostro, ut se ad praesentem necessitatem accommodet secundum ea, quae ex R. Vicecancellario nostro de sententia S. vestrae intelleximus.

Dat. Varsaviae 8 Maji. A. D. 1570. Regni nostri 41.

XXXVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Clodiuio.

Venerabilis d. n. d. Jest wola nasza, abyście dali Felici Antonio Mastrillo pro una vice ducatos communes in regno

Neapolitano currentes quinquaginta. Item, iż Federico Papacoda[1]) in actione contra Joannem Laurentium Papacodam appellował, której appellacyi swojej sumptem prosekwować ani chce, ani może, a nam na tem należy, aby prosekwowana była, przeto rozkazujemy też, abyście wy ten wszystek nakład, który pójdzie ad prosequendam istam appellationem na prawo, z pieniędzy naszych czynili. Tak jakośmy o tych obudwu rzeczach dostateczniej wam pisali w drugim liście naszym, na który się referujemy. A my, visis quietationibus albo documentis legitimis około wydatku tego, wszystko wam na liczbie przyjmiemy i przyjąć rozkażemy. Item rozkazujemy wam, abyście a data praesentium na potem zawzdy provisionem Ludovici Montii, którą miał wedla listów naszych na dukatów 300 tylko, płacili mu deinceps po trzysta skudów, tak jako mu płacono za czasów X. Biskupa Poznańskiego[2]), i nieco za nieboszczyka Stempowskiego[3]). Przestrzegając tego, aby dwojej prowizyi nie brał, albo żeby nie więcej nad to, co teraz wam rozkazujemy. Co my na liczbie takież przyjmiemy. Widzimy też z liczby Stempowskiego, iż Pukcin a. 1564, na skupowanie jakichsi rzeczy dla nas, wziął Hungaricos aureos trzysta, co uczyni dukatów czterysta i dwadzieścia. Item tenże a. 1569 wziął takież na jakieś potrzeby nasze ducatorum mille et quingentos. Wywiedzcież się tego, jeśli te rzeczy komu są przezeń oddane, albo gdzie się te pieniądze obróciły. Poślijcie też tu nam liczbę Fawellową, którą snać Stempowski przy was ostawił, a dajcie nam znać, od którego czasu intrata burgensaticorum, od potomków Fawellowych ma być przyjęta.

Dat. Varsaviae 8 Maji.

---

[1]) Fryderyk Papagoda był synowcem wzmiankowanego niżej Jana Wawrzyńca, obwinionego o liczne oszustwa i zbrodnie.

[2]) Adam Konarski.

[3]) Paweł Stempowski, zmarły w Neapolu 1568 r.

XXXIX.

Sigismundus Augustus etc.

Duci Saxoniae [1]).

I. Principi domino Augusto, Duci Saxoniae, ac S. Romani Imperii Electori et Archimarschalco Landgravio Turingiae, Marchioni Misniae et Burgrabio Magdeburgensi, affini nostro charissimo. Salutem et omnis felicitatis continuum incrementum.

J. princeps domine, affinis noster charissime. Commisimus Venerabili Lucae Podoski, Praeposito Gnesnensi, Canonico Cracoviensi et Secretario atque apud Caes. Majestatem Oratori nostro, devote nobis dilecto, ut nostro nomine J. vestram in rebus nostris nonnullis alloquatur. Quamobrem postulamus a J. vestra, ut verbis illius fidem habeat et, quae ex ipso intellexerit, in iis nobis benevolentiam suam praestet. Quod nos vicissim J. vestrae omni officiorum nostrorum genere per omnem occasionem referemus. Bene valere J. vestram cupimus.

Dat. Varsaviae die 26 Aprilis. A. D. 1570.

XL.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Varmiensi.

R. in Christo pater s. n. d. Quod scribit P. vestra Cal. April. scire se cupere, si modo non abnuamus concordiam, quatenus et quibus modis in eam consentire velimus, id etsi, ut nos quidem opinamur, ex superioribus aliquot nostris epistolis abunde intellexit, tamen ad litteras ipsius nunc etiam aliquid

---

[1]) August II pobożny, Elektor Saski.

respondendum est. Persuasum igitur sibi habeat, nos a concordiae rationibus alienos non fore, quandocumque eo ventum fuerit, ut spes ejus aliqua certa ostensa nobis fuerit. Verum in hoc quidem genere, duo nobis praeter cetera vitanda esse videntur. Unum, ne nos ipsi eam aut quaerere aut appetere videamur. Nam si appetierimus, non minimum causae ipsi nostrae praejudicaverimus: cum non desint optimis et versatilibus ingeniis rationes, sub hoc praetextu concordiae, differendi exspectationem nostram in alios tredecim totos annos et amplius. Alterum, cavendum est, ne concordiam ejusmodi, aut spem certe ipsius, a quibusvis temere hominibus oblatam capiamus; quibus ludus jocusque est illudere negotiis hominum, nec magnopere curare quid iis fiat, dummodo ipsi aliqua ratione in sensus cogitationesque nostras penetrasse, aut saltem aliquid in negotiis duorum regum moliti fuisse videantur. Hi sunt enim, qui dicta nostra pro arbitrio suo commutant, qui, quae volunt, augent, minuunt, qui omnia, ad quem volunt sensum, interpretantur et saepenumero ut ex bene dictis male dicta, ita ex optima causa pessimam faciunt. Nobis igitur, quod toties jam P. vestrae scripsimus, stat sententia, videre ante omnia, quid nobis ad litteras nostras S. Hispniarum Rex [1]) respondeat: ut ex responso ipsius, quid denique consilii capiamus, scire intelligereque possimus. Nam si Serenitas ipsius exemplum D. Caroli Imperatoris, patris suis secuta, ultro fecerit, in quo nos acquiescere posse videamur, sublata erit omnis reliqua de Barensi ista causa cogitatio nostra, Si amicae alicujus transactionis spem aliquam ostenderit, eam amplectemur et, quod faciendum erit, faciemus non sine consilio P. vestrae. Denique quo nos cumque tunc ratio rerum nostrarum vocaverit, hausta ex responso Serenitatis ipsius, id sequemur non inviti. Sed interim quoque duo P. vestrae facienda sunt. Alterum, ut litteras S. D. nostri, de quibus per primam instructionem nostram (quam se P. vestra olim accepisse,

[1]) Filip II.

nunc, quod vehementer miramur, nullam habere significat) P. vestrae scripsimus, ad S. Hispaniarum Regem obtineat; quae res quidem tanti est apud nos, ut in ea sola propemodum hoc tempore omnia posita esse arbitremur, quae P. vestrae interea agenda istic ac curanda esse existimamus. Alioqui ipsi etiam Internuntio nostro Hispaniensi [1]) plane prohibuimus urgere responsum ad litteras nostras, nisi prius has a S. D. nostro S. illi Hispaniarum Regi redditas esse intellexerit. Alterum, quod interea P. vestrae faciendum esse arbitremur, illud est, ut, quae causae ipsi nostrae conducibilia, nec per litteras nostras prohibita sibi esse viderit, ea nomine suo, non nostro agat et, si quis erit, qui de rationibus amicae alicujus transactionis cum illa egerit, singula ad nos copiose, ut solet, referat, ipsa se ejus transactionis nimium appetentem ne demonstret, consilium et deliberationem nostram de ea re tenere se ne ostendat; privatim suo nomine omnibus significet, nos etiam in majoribus causis, quaeque ea sit, quae nobis est de statu Barensi et Rossano, tamen nunquam ea, quae modo aequa et honesta perspexerimus, repudiare solitos esse. Interim tamen P. vestra nec de iis, nec de ullis ejusmodi rebus profiteatur, se ad nos scripturam esse: sed dimittat homines nostrorum quidem consiliorum incertos, certos autem optimi animi nostri, tum erga S. ipsum Hispaniarum Regem, tum erga omnia, quae aequa et honesta videbuntur. A scribendo ipsa ad S. Hispaniarum Regem abstineat; ad alios quidem, ad quos scribere illud decrevit, suo arbitrio utatur, emendatis tamen iis, quae nos in iis exemplis, quae ad nos misit, emendanda esse existimavimus. Atque haec sunt fere omnia, quae nos ab illa interea agi curarique volumus. Quorum quidem elabi occasionem, quod queritur P. vestra, demiramur. Quid enim in causa sit, quominus cum S. D. nostro de litteris confectum sit, quae ad S. Hispaniarum Regem mitterentur, id quidem P. vestrae, quam nobis ipsis notius esse arbitramur, cum nos quidem de urgendis ejusmodi litteris nunquam cessa-

[1]) Piotr Dunin Wolski.

verimus, et cum dubium nullum habeamus, S. illius non solum ex paterno officio, quo se obstrictam esse omnibus regibus christianis intelligit, sed etiam ex promisso suo, quod nobis non semel significatum est, ejusmodi litteras negaturam non esse. Quod si autem elabi occasionem queritur agendi cum aliis, nos quidem, quos alios intelligat P. vestra, non videmus. Neque enim hactenus de quoquam alio, quicque ad nos ejusmodi allatum est, in quo spes alicujus tractationis nostrae cum dignitate nostra aut cum aliqua utilitate ejus causae figi posse videatur. His quidem, quae nobis per litteras P. vestrae significata sunt, ex Brancatii et aliorum hausta sermonibus, nihil solidi proponitur, prudentia tantum et constantia nostra tentari videtur, ut nunc his, nunc illis audiendis a proposito nostro avertamur, et umbras pro rebus captandas in eodem luto, in quo hactenus cum summa indignitate nostra haesimus, deinceps etiam in perpetuum haereamus. Praestat igitur in hoc unum, quod coepimus et quod ignotum esse omnibus aliis volumus, incumbere, ut, quid nobis, quid S. ipsi Domino nostro S. Hispaniarum Rex respondeat, videamus, et ex eo reliqua consilia nostra, de sententia P. vestrae, cujus prudentia magnopere nobis pollicemur, et aliorum recte sentientium, moderemur. Ne velit igitur P. vestra, obtinendis ejusmodi litteris pontificiis, diutius nos remorari: quae quidem quo celerius S. Hispaniarum Regi redditae fuerint, hoc citius vel negotio ipsi finis imponi, vel certe, quid porro nobis faciendum sit deliberari poterit. Quod quidem consilium nostrum ut a Corycaeis istis, quorum urbs ista plena est, quam maxime abscondat, quam maxime possumus, P. vestram hortamur. Dum haec scribimus, afferuntur nobis aliae P. vestrae litterae, in quibus de nepote scribit Barrabae absoluti. De quo haec nostra est sententia. Quandoquidem is ea facit, quae causae nostrae imprimis conducere videntur, ad Barrabam ipsum quam diutissime in carcere detinendum, videri nobis ex usu et dignitate nostra, ut, quicquid in eam litem, quam modo inchoavit, prosequendam necessarium est, de nostro deinceps suppeditetur per Clo-

dinium, Agentem nostrum, sed primum ita, ut id clam fiat, deinde, ut praeter impensas in eam rem necessarias sumptus alii supervacanei ne fiant. De quo pluribus verbis ad Clodinium ipsum scribimus. Magnopere enim verendum esse arbitramur, ne, dimisso semel ex carcere Barraba, et causa ipsa expilatae haereditatis, ut paulo ante causa argenti in extremum discrimen adducatur, et novissima denique pejora fiant prioribus. Scribimus etiam praeterea Clodinio de Mastrillo quodam, de quo ipso cum P. vestra ex litteris Settarii, quas ad nos misit, intellexerit, miramur ipsam ad nos nihil scribere. Is est, qui expilationum et furtorum Barrabae conscius est et qui ea, quae novit, pro testimonio dicere non renuit, si modo processus ille ex officio, qui hactenus cum summa injuria nostra negatus est, permittatur a Magistratu Neapolitano. Scribimus igitur, ut, quoniam quinquaginta ducatis ad victum trium aut quattuor mensium contentus fore videtur, interim, dum eum domo sua abesse propter proscriptionem et dum resolutionem de processu ex officio propter iniquitatem Magistratus Neapolitani exspectare necesse est, illi quinquaginta istos ducatos numeret et resolutionem istam de processu ex officio exspectare vel Romae, vel alicubi tandem in vicinia, jubeat. Interim autem dum resolutio fit a Magistratu Neapolitano de processu ex officio, examinetur hic Mastrillus alicubi extra ordinem ad perpetuam rei memoriam de iis, quae comperta habet, ne forte mors ejus immatura testimonium ipsius nobis inprimis ad hanc causam idoneum subtrahat, quemadmodum multorum aliorum in eodem genere subtrahit. Scripturas, de quibus ad P. vestram scripsimus, Neapoli exspectamus. Quas nobis proxime misit, accepimus. Exspectamus etiam a P. vestra summam colloquii cum Oratore Hispaniensi postremo habiti: quam se esse nobis perscripturam P. vestra pollicetur. Ad constituendas rationes percipiendae pecuniae ex Doana, vel per nostros, vel per S. Hispaniarum Regis ministros, magnopere pertinere videtur, ante omnia inspicere formam ejus contractus, qui de eo censu inter S. matrem no-

stram et ministros S. Catholici Regi intercessit: cujus contractus exemplum istinc exspectamus. Interim quae ex R. D. Cardinali Commendono P. vestra de iis rebus intellexerit, faciat nos quamprimum certiores. Haec fere sunt, quae nunc occurrebant. Cetera ex superioribus nostris litteris, quarum nunc etiam exemplum mittimus, P. vestra cognoscet. Quae bene valeat.

Dat. Varsaviae 8 Maji A. D. 1570.

XLI.

Sigismundus Augustus etc.

Clodinio.

Venerabilis d. n. d. Acz też i wy listem swym de data 24 Martii, nieco o tem nam znać dawacie, wszakoż z tego, co nam potem X. Kardynał Varmiensis pisał i posłał, szerzej i dostateczniej rozumiemy, iż gdy Lorenza Papagodę urząd Neapolski dekretem swym wolnym uczynił od tego siedzenia, w którem był dzierżan aż do tego czasu, tedy Fridericus Papagoda, nepos jego, nie tak wiele dla swych własnych rzeczy, jako dla przysługi naszej uczynił to, iż od tego dekretu appellował, i tem appellowaniem Lorenza w temże siedzeniu zadzierżał, tak iż wolnym być nie może, aż de appellatione cognoscatur per superius judicium. A tak dają nam znać, iż ponieważ to on więcej dla naszych niźli dla swych własnych rzeczy uczynił, przystojnaby rzecz była, aby nakład na to prawo nie z jego ale z naszego mieszka szedł, zwłaszcza, iż tego Fridericus dokłada, iż temu nakładowi sam zdołać ani chce ani może, przeto rozkazujemy wam, abyście wy ten wszystek nakład, który na to prawo pójdzie, z pieniędzy naszych zastępowali, opatrzywszy to, żeby to było co najskrycicj być może, a ktemu żebyście nic więcej nie wydawali, jedno co prawo to iste potrzebować będzie. Dają nam znać, żebyście się w tej mierze z Adwokaty i z Brankacym, którzy was na ten sumpt zaraz

wiedli i wam nań radzili, skąpie obejść chcieli, która rzecz te ludzi tam snać obraziła. A tak upominamy was, abyście się na potem z tymi tam ludźmi bacznie a co najgładziej obchodzili, tak swego albo naszego szanując, jakobyście i im przed się folgowali, i od posług naszych jaśnie ich nie odtrącali, bo temu wrzodowi trzeba dziwnie folgować. Wszak, co się tycze tych sumptus extraordinarios, pamiętamy, żeśmy wam za radą Brankacego, gdyby tego była potrzeba, pozwolili wydać kilkaset dukatów, ktemu macie tam niedaleko J. X. Kardynała Varmiensis, z którego wolą rozkazaliśmy wam wszystko czynić. Nakoniec, gdyby co przytrudniejszem było, możecie do nas samych się brać, a ludzi przedsię tamte cudnie odprawić, a nakoniec, jeśli o co równego idzie, interim tę dziurę zatkać. Interim że się tam tą postawą waszą niepomału obrazili, to jest widzenie nasze, abyście im to tak znać dali, żeście tego w żaden inszy obyczaj nie czynili, jedno żebyście nie radzi, aby się to między ludźmi rozgłosić miało, iż te sumptus na to prawo suppeditantur od nas, i dlategoście im znać dawali, jakobyście ich czynić nie chcieli. Jest też mało nie takaż druga. Antonius Mastrillus wie nie mało łotrostwa Papagodowego i gotów przeciw jemu in favorem nostrum deponować, by jedno ta rezolucya się stała, iż ex officio procedi potest. Interim snać jest proscriptus ex regno, tak iż doma mieszkać, a indzie tak snadnego obejścia jako doma, mieć nie może. Chciałby albo w Rzymie, albo gdzie indzie interim zmieszkać, póki rezolucya się nie stanie, utrum ex officio procedi debeat in hoc crimine contra Papacodam. I kontentuje się tak, jako piszą, na ducatos communes quinquaginta. A tak i to rozkazujemy wam, abyście mu dali tych ducatos communes pięćdziesiąt na intertenimento jego. A iż periculum est, aby interim niźli ta rezolucya około processu ex officio będzie, żeby ten Mastrillo albo nie zmarł, albo co takiego, przeto chcemy, aby nie czekając tej rezolucyi, był extraordinarie gdziekolwiek per Magistratum competentem examinowan o tem wszystkiem, co wie w tej mierze. Bo za tem oczekiwaniem takich rzeczy, wiele nam te-

stimonia potrzebnych i należnych, śmierć ludzi rozlicznych przez ten czas odjęła. Co aby nas i w tym Antonio Mastrillo nie potkało, opatrzyć wczas potrzeba. Sprawę wszystką in causa argenti dostatecznie wypisaną, starajcie się, abyśmy mieli co najrychlej, wedla tego, jakośmy wam już kilkakroć pisali. Poślijcie też nam exemplum instrumenti contractus de censu 43 m. ex Doana, i te słowa, których używa curia Neapolitana protestando przy płaceniu tych pieniędzy. Listy do Wicereja i in eandem sententiam do Króla J. M. Hiszpańskiego, jużeśmy posłali. Insze rzeczy tak, jako wam dawno rozkazujemy.

Dat. Varsaviae 8 Maji A. D. 1570.

XLII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Cardinali Hosio.

J. et R. in Christo pater ac D. D. observandissime. Obsequiorum meorum commendationem. Facilitatem summam ejus instructionis, quae I. P. vestrae in negotiis R. Majestatis data est et quam se accepisse per litteras suas die 4 Februarii datas profitetur, in causa esse arbitror, ut ipsius oblita esse I. P. vestra videatur. Nihil enim fere continebat aliud, quam ut litterae ad S. Hispaniarum Regem a S. D. nostro obtinerentur. In quibus tamen litteris quoniam R. Majestas maximum ad rem bene gerendam momentum situm esse existimat, uti I. P. vestra ex tot Majestatis illius litteris abunde intellexit, ab illa etiam atque etiam peto et quaeso, ut eas tandem litteras obtineat et in Hispaniam quamprimum mittat. Quod unum si fecerit, nulla occasio rei bene gerendae elabetur. Hoc enim veluti ostio ingredi in hanc causam Majestas illius constituit, ut ex responso S. Hispaniarum Regis ad eas litteras intelligat, quid porro sibi sit aut sperandum aut faciendum. Quod ubi intellexerit, tunc demum locum habitura videntur ea, quae prudentissime P. vestra I. cum ex se, tum ex ser-

mone J. D. Cardinalis Tridentini ad R. Majestatem perscribit. Itaque cum instructio ipsa praeter hoc obtinendarum a S. D. nostro litterarum negotium nihil aliud habeat, in hoc autem negotio difficultas nulla insit, dabit operam I. P. vestra, ut in eo R. Majestati satisfiat, sed ita, ut etiam sinistra tua nesciat, quid faciat dextera tua. In hoc enim totum inesse videtur, ne curiosis hominibus occasio praebeatur cognoscendi consilia R. Majestatis, eaque inficiendi prius quam ad aliquem saltem exitum adduci potuisse videantur. Non est autem, quod in hoc tractando negotio ad praeteritarum legationum suarum rationem se I. P. vestra revocet. Nam et tempora alia sunt, et res diversa, et, quod caput est, locus ac personae, quibuscum tractandum est, dissimillimae, uti ipsam P. vestram abunde intelligere certo scio. Quod superest, ex litteris R. M. I. P. vestra intelliget, quam bene valere ac felicibus omnibus successibus frui percupio.

Dat. Varsaviae 8 Maji 1570.

XLIII.

Idem.

Clodinio.

R. D. amice charissime. Inne rzeczy z listów J. K. M. wyrozumiesz W. M. Co się tycze tych sumptus extraordinarios, jeśli się ich wam czynić czasem nie widzi (acz pomnię, że tego W. M. Król J. M. za potrzebą, gdy się trafi, a za radą X. Kardynała i innych dozwolił), tedy przedsię pamiętaj W. M. ludziom, z którymi W. M. negotia Króla J. M. sprawujesz, z tej myśli nie czynić ani kwaśnej cery pokazować, bo na tem tąk bardzo tam w tych stronach należy, iż tym samym, kto tego umie dobrze używać, et acquiruntur amici et conservantur, chociażby co inszego nie było. Lecz na ten czas co się tycze tego sumptu na lites Don Friderici Papacodae i na intertenimento Antonii Mastrilli, jest tego wielka potrzeba, aby się ten

nakład uczynił, bo gdzieby się Papagoda wyśliznął z tej presony [1]), tedyby i causam expilatae haereditatis wszystką wynicował i causam argenti, którą już bardzo nasłabił, wniweczby obrócił i nowych lites de burgensaticis siłaby nam naczynił, i nakoniec domknąwszy się do Króla Filipa, mógłby artibus suis etiam causam ipsam principalem, in quo non sumus extra spem, wszystką rujnować. Czemu wszystkiemu zabieżeć się nie może, jedno dzierżąc go w presonie, a do tego snadniej przyjść nie możemy, jedno per istam appellationem, na którą gdy ten, który appellował, sumptu czynić ani chce ani snać może, necessario sequitur, iż to K. J. M. czynić musi. Minimis momentis maximae res et geruntur et amittuntur. A tuby zaraz i nieprzyjacielowiśmy drogę do praktyk jego stworzyli (którym jeśli teraz zdołać nie możemy, gdy go w presonie mamy, cóżby było, gdyby ten ptaszek z klatki wyleciał?) i te ludzi, którzy nam operas suas deferunt, od siebiebyśmy dla małej rzeczy odtrącili, którym nietylko już o sumpt idzie, ale jeszcze snać więcej, iż videntur sibi aliter tractari od W. M., niż cortesia ich requirit. W czem zaprawdę trzeba W. M. być ostrożnym, a to co się natenczas stało tak to rozumieć dawać, iżeś się W. M. difficilem stawił in consentiendo ad sumptus istos extraordinarios dlatego tylko, żeby nie każdy o tem wiedział, aby te sumptus J. K. M. suppeditować raczył. Sed de his satis. Bene valeat D. vestra.

Dat. ut supra.

XLIV.

Idem.

Brancatio.

I. et magnifice D. amice observandissime. Quam gratum exstiterit studium J. M. vestrae S. R. Majestati, quod ex ser-

---

[1]) z tej prizony, t. j. z tego więzienia.

mone meo intellexit, ex litteris Majestatis illius J. M. vestra cognoscet. Data est autem quoque a me opera, ut negotiis illis, de quibus ad me scribit I. M. vestra, provideretur ex sententia J. M. vestrae. Quod superest, nollem sane quicque a quoquam proficisci, quod J. M. vestram versantem in obsequiis S. R. Majestatis merito offendere posse videatur. Sed quod ad D. Clodinium attinet, certum habeo, nihil illum fecisse eo consilio, ut I. vestram M. offendere cupiat, sed quicquid fecit, alio quodam consilio fecit, quod ipsa etiam J. M. vestra, ubi ex eo intellexerit, non opinor improbabit. Bene valere M. vestram J. cupio.

Dat. Varsaviae 8 Maji 1570.

XLV.

Idem.

Montio [1]).

Magnifice D. amice charissime. Obtinui a R. Majestate non sine aliqua difficultate, ut stipendium M. vestrae, quod scriptum erat trecentorum ducatorum, in totidem scutatos deinceps commutaretur, et ad eam quantitatem universum reduceretur, quae fuit M. vestrae constituta temporibus R. D. Episcopi Posnaniensis. Qua de re scribit Majestas Regia ad Agentem suum Neapolitanum D. Stanislaum Clodzinski. Non dubito, quin meum hoc officium sit M. vestra grato animo acceptura. Quae bene valeat.

Dat. ut supra.

---

[1]) Ludwik Monti, niegdyś Sekretarz Królowej Bony, później Agent Króla Zygmunta Augusta w Neapolu.

XLVI.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater s. n. d. Accepimus litteras P. vestrae per proximos tabellarios. Quoniam autem ad ea, quae majoris momenti sunt, rescripsimus copiose litteris nostris superioribus, si quid erit, quod praecipue responderi necesse sit ad ea, quae litteris P. vestrae proximis continentur, per subsequentem tabellarium respondebimus. Interea P. vestra litteras S. D. nostri, de quibus jampridem laboramus, si nondum misit in Hispaniam, det operam, ut mittat primo quoque tempore. Et bene valeat.

Dat. Varsaviae 15 Mai A. D. 1570. Regni nostro 41.

XLVII.

Sigismundus Augustus etc.

Lucae Podoscio.

Venerabilis d. n. d. Pisał nam niedawnemi czasy J. P. Margrabia Hanus [1]), iż te wszystkie różnice, które są między ziemią jego a Koroną naszą, tak około granic jako i około innych krzywd poddanych spólnych naszych między sobą, chce przypuścić na uznanie kommissarzów naszych, pospołu i z kommissarzami Cesarza J. M., i obiecuje na tem wszystkiem, cobykolwiek ci w tej mierze należli i postanowili, przestać. A tak, iż nam ustawicznie w tej mierze poddani, a nakoniec rady i inne stany koronne dokuczają i nie skrycie to znać dawają, iż krzywdy swej i koronnej od tego sąsiada długo cierpieć nie

---

[1]) Jan Jerzy, Margrabia Brandeburski.

mogą, przeto umyśliliśmy dla pokoju pospolitego między chrześciaństwem, którego z strony naszej pilnie zawzdy przestrzegamy, przestać na ten czas na tych kommissarzach, na które się P. Margrabia odzywa, i pokusić, awa by się nam tym obyczajem doległości nasze i koronne od tego sąsiada nagrodzić mogły. A tak wy powiedzcie to Cesarzowi J. M. i imieniem naszem żądajcie, aby kommissarze swe ku stanowieniu tych rzeczy, na jaki pewny czas i miejsce (jakożby się nam widziało tam in Septembre albo in Octobre, w miasteczku którem pogranicznem) naznaczyć i nam oznajmić raczył, a tym kommissarzom aby to stanowienie rzeczy między nami statecznie zlecić i poruczyć raczył, żeby rozumieli, iż J. C. M. tę rzecz ma na pilnej pieczy. Bo możecie to Cesarzowi J. M. bezpiecznie powiedzieć, iż gdzieby ta rzecz przez te spólne kommissarze zahamowana a postanowiona nie była, nie moglibyśmy pewnie już dalej poddanych naszych zahamować od tego przedsięwzięcia, na które acz się zanoszą, ale jednak do tych czasów zwierzchnością naszą a nadzieją jego postanowienia kommissarskiego spólnego zadzierżeni są. A w czemby się ci spólni kommissarze nie zgodzili, tedy żeby mogli mieć moc eligendi superarbitri sami między sobą, albo kogo inszego człeka pobożnego. Respons Hanusów posyłamy wam. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae 15 Maji A. D. 1570.

XLVIII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Clodinio.

R. D. amice charissime. Posyła tam na ten czas do W. M. P. Doktor Latercyan mandat Króla J. M. i kopię privilegii suam authenticam na jurgielt swój od Króla J. M., który teraz pod moją pieczęcią i za pomocą moją otrzymał. Nie wątpię, iż się

W. M. zachowasz tak przeciw jemu, jako jest wola i rozkazanie J. K. M. A wszakoż ja, iż wiem z jaką wiarą i pilnością służy K. J. M. w tych sprawach Barskich i jako go temi czasy Król J. M. w tych rzeczach używa, chciałem to W. M. listem swym dać znać, abyś W. M. wiedział, iż to, co ma naznaczono od J. K. M. Latercyan [1]), ma naznaczono za godnemi służbami swemi, na które godzi się mieć baczenie W. M. teraz i zawzdy przy płaceniu tego jurgieltu jego. O co i ja przyczyniam się za nim do W. M. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae 27 Maji 1570.

XLIX.

Sigismuudus Augustus etc.

Cardinali Varmiensi.

R. in Christo pater s. n. d. Etsi litterae per haec tempora P. vestrae ejusmodi fuerunt, ut in illis requiri fortassis nonnihil posse videretur, tamen ex postremis istis non minorem profecto voluptatem capere incipimus, quam capiebamus ex primis illis, quas ad nos post suum statim in urbem adventum mittere initio solebat. Ex illis enim multorum hominum cogitationes aperiri et patefieri intelligebamus de negotio hoc Barensi nostro, quod tanquam saxum aliquod tertium decimum annum jam versamus: atque hunc sane non minimum fructum esse reputabamus consilii nostri, quod eam provinciam P. vestrae potissimum committendam esse existimavissemus, cujus adventum istuc in varias multorum hominum opiniones incursurum esse facile nobis persuadebamus. Ex iis autem posterioribus litteris spem bonam concipimus, si P. vestra consilium et praescriptum nostrum secuta fuerit, ab eoque consiliis et praescriptis aliorum dimoveri se non permiserit, (uti

[1]) Antoni Laterciani, Sekretarz i Agent Króla Zygmunta Augusta.

quidem facturam esse, ex iis quae ad nos proxime 3 Cal. Maji scribit, magnopere suspicamur) fore ut administratio ejus negotii per P. vestram et fructum desideratum nobis afferat et voluptatem singularem: fructum quidem, quod multorum hominum animos ad causam hanc nostram adjunget: voluptatem autem, quod quorum adjungere non poterit, eorum cogitata saltem omnia in apertum proferet, quae res non minimum voluptatis afferre nobis solet. Id totum illa potissimum gravitate silentii P. vestra consequetur, de qua illam non temere toties admonemus. Est enim profecto silentii non solum tutum, ut proverbio dicitur, sed etiam multum praemium, usque adeo, ut, si quis modo eo uti sciat, non solum Amyclas perdere, sed etiam de Barensi ista controversia et de omni adversariorum nostrorum fiducia ac robore, quae nobis sunt hoc tempore Amyclarum instar, victoriam non difficulter reportare queat. Verum nos quidem silentium, non mutum illud, sed cum ratione et institutum et administratum intelligimus: non ut nemini prorsus loquatur P. vestra, sed primum, ut suo potius quam nostro nomine, deinde, ut de aliis potius rebus, quam de consiliis nostris, quae nobis secreto aut cum ipsa P. vestra, aut cum Sanctissimo Domino [1]) nostro, aut adeo cum S. Hispaniarum Rege [2]) intercedunt. Itemque non ut nemini prorsus fidat P. vestra, sed ut ne temere. Hi sunt enim demum nervi, hi artus sapientiae, ut videas etiam atque etiam cui credas. Suo nomine quominus et loquatur et gerat P. vestra utiliter negotium nostrum, non solum non prohibemus, verum etiam magnopere hortamur P. vestram. Exponat indignitates, quibus per totos hos 12 annos affecti sumus, quam volet copiose: inflammet hominum animos et in adversariorum odium et in amorem nostri, commemorandis rebus ejusmodi: ostendat causae nostrae summam, sed summa ministrorum Hispaniensium iniquitate oppressam aequitatem: nihil

---

[1]) Papież Pius V.
[2]) Filip II.

praetermittat, quod ad instruendos in causa, nihil quod ad conciliandos hominum animos, nihil quod ad refutandos adversarios nostros, nihil quod ad eosdem in invidiam adducendos pertinere videatur, a consiliis modo nostris efferendis et publicandis abstineat, quae nos quidem apud hos plane celari, apud alios dissimulari volumus. Consilium auxiliumve in negotio principali nostro, ut nunc est quidem, a nemine prorsus expetat, praeterquam a S. D. nostro, idque uti antea ad P. vestram scripsimus. Neque enim versamur hoc tempore in disceptatione juris, aut in proposito ullo difficiliore, ut multorum consiliis et deliberationibus, quas suo tempore non omittemus, egeamus, sed nudam tantum et simplicem quaerimus explicationem animi S. Hispaniarum Regis; qui animus quominus variis infectus fuerit hominum rumoribus, opinionibus, sententiis, hoc simplicior et sincerior, qualem nos inprimis videre cupimus, est futurus. Nunc autem observantur proculdubio istic sermones omnes P. vestrae et excipiuntur, et excepti in Hispanias perferuntur, non ipsi tantum, sed etiam plurimis afflictis plurimorum interpretationibus et consiliis, Oratorum, Agentium, Advocatorum et omnino omnium hominum Hispanici nominis studiosorum: ut Rex ipse prius fere interdum sciat, quid aut nobis aut P. vestrae responsurus sit, quam aut nos aut P. vestra aliquid ad Serenitatem ejus referamus: cum interim nobis nihil optabilius fuerit, quam purissimam ipsam, nec alienis consiliis praeoccupatam, experiri et videre Serenitatis ejus voluntatem. Quare videndum diligenter P. vestrae est, quid et cui loquatur. Et quamquam tutissimum illud est: Audi multa, loquere pauca: cui praecepto ipsae etiam Romanae vivendi regulae congruere videntur, quarum illa dicuntur esse verba solennia, ut omnes audias, nemini credas: tamen nos quidem ex his, quae ad nos scribit P. vestra de sermonibus suis cum Oratore Hispanico postremo habitis, facile videmus, ejusmodi colloquia, si quam saepissime et quam copiosissime habita fuerint, non posse nisi maximum causae nostrae adferre adjumentum. Ita enim dicta sunt, ut ea iterum atque ite-

rum repeti, et tum apud hos, tum apud illos iterari, omnibus Oratoribus, Agentibus, Advocatis et omnino omnibus Hispanici nominis studiosis inculcari, in ipsas etiam Hispanias et Neapolim perscribi, inprimis conducibile arbitremur: ut, qui ea audiunt, ex minimis istis maxima intelligant, ceteri autem, qui toties aures suas ejusmodi vocibus personare noluerint, excitentur ad satisfaciendum nobis. Dicitur Jul. III Pont. Max. cum aliquando bene longam cujuspiam orationem animo aegerrimo exaudisset, et ad extremum adjectum esse intelligeret, ut, nisi vellet S. ejus iterum aeque longa oratione molestari, precibus supplicantis jam nunc permoveri se patiatur: omnia, quae petebantur, statim concessisse et oratorem exoratorem abire jussisse. Itaque P. vestra in eodem illo indignitatum commemorandum vestigio, cum primum sermonem cum Oratore ipso Hispanico habere poterit, insistat: illud etiam denique adjungat, eos, qui invito domino alienum detinent, non modo ad sortis ipsius restitutionem teneri, sed etiam, ut jurisconsulti loquuntur, ad omne lucrum cessans et damnum emergens: ut ne cum damno alieno locupletari videantur. Hoc ipsum etiam ad Conchensem [1]) et ad ipsum denique Hispaniarum Regem scribendo persequatur. Quod enim antea in ea opinione fuimus, ut a P. vestra ad S. Hispaniarum Regem scribi nolle videremur, id eo consilio faciebamus, quod litteras P. vestrae motum proprium S. D. nostri antevertere nolebamus. Qui si in Hispanias ita missus est, ut eum redditum jam esse S. Hispaniarum Regi verisimile esse videatur, poterit eum P. vestra subsequi sermone litterarum suarum, etiam ad ipsum S. Regem, sed ad eam tamen rationem, quam praescripsimus antea P. vestrae. Sin minus, tunc eo quidem tempore, cum verisimile erit, eum in Hispanias pervenisse. Illud tamen provideat P. vestra, ut hic motus proprius, quod toties P. vestrae scribimus quamprimum expediatur; idque non tam ad praescriptum nostrum, quod videmus P. vestram apud S. illius quasi

---

[1]) Biskup Konkeński, Spowiednik Króla Filipa II.

urgere velle, quam ad utilitatem tantum causae nostrae et arbitrium S. D. nostri. Provideat etiam, quantum potest maxime, ne motus hic proprius prius istic divulgetur, quam in Hispanias pervenire potuisse videretur, cujus exemplum nos hic quamprimum videre cupimus et, ut arbitramur, etiam quamprimum videbimus, quandoquidem ex litteris P. vestrae constitutum jam id cum S. D. nostro esse intelligimus. Magnum autem profecto ex hoc motu proprio fructum exspectamus. Quod enim priorum pontificum in eodem genere scriptis litteris parum profectum sit, id nos omne ministrorum nostrorum ignaviae et imprudentiae adscribendum esse arbitramur, qui partim litteras ipsas non reddiderunt, ut de Pii IV litteris ad nos est allatum, partim etiam redditas neglexerunt, nec opera aut industria sua apud Regem sunt prosecuti, quod quidem hoc tempore vereri non debemus, freti cum studio illorum singulari, tum etiam diligentia ipsius P. vestrae. Atque haec quidem fere de principalioribus ipsis rebus. Cetera, quae sunt in litteris P. vestrae compluribus, strictim persequemur. Ac primum quidem quod rationes eas attinet, quae productae sunt pro exigendo per ministros nostros censu 43 m. ex Doana Fogliae, responsum est ex sententia nostra in alia charta, quam P. vestra cum his una accipiet. De causa etiam argenti legati, quae nobis cum Barraba intercedit, ex alia item charta, quam P. quoque vestrae mittimus, sententiam nostram cognoscet. Quod quaerit P. vestra, quid sit, ad quod non videatur nobis directe respondisse, id vero cum plenius ex ipsis nostris ad P. vestram litteris peti potest, tum vel inprimis illud est, quod de motu proprio S. D. nostri ad S. Hispaniarum Regem, quem solum unice per totum hoc tempus exspectabamus, atque adeo etiam exspectamus, nullam in suis litteris mentionem facere videbatur. Nam etsi alia sunt, quae nos ad provinciam ejus legationis P. vestrae committendam impulerunt, quam motus iste proprius, qui potuit etiam per alium, ut scribit P. vestra, non difficulter obtineri, nos tamen et propterea negotium hoc P. vestrae expediendum potissimum commisimus, ut res ipsa

tanto facilius celari, interimque alia, quae in animis nonnullorum premerentur, retegi posse videantur, postea ubi viderimus, quantum in Hispaniis hoc motu proprio effectum sit, non negligemus cetera, quae supersunt P. vestrae committere, quae jam inde ab initio vidimus per alium neminem commodius tractari ac confici potuisse. Sed responsum ex Hispaniis exspectari necesse est, quod quoniam eodem tempore et ad nos et ad S. D. nostrum perlatum iri confidimus, non est, quod P. vestram sollicitam habeat, ne quid in mora simus, dum P. vestrae, quid tum porro agendum sit, praescribamus. Ut primum enim, quo animus ipsius S. Hispaniarum Regis inclinet, intellexerimus, capto ex tempore consilio, sententiam nostram statim P. vestrae aperiemus. Quod si posterius de eo facti fuerimus certiores, poterit P. vestra, si quid aequi responsum fuisse istuc intellexerit, omnibus polliceri, ad omnia nos aequa et honesta promptos ac paratos fore. Exemplum litterarum nostrarum ad S. Catholicum Regem teneat aliquantisper in arcula reconditum, ut coepit, interim autem, qui sermones istic de consiliis rationibusque nostris futuri sint, exaudiat et ad nos perscribat. Ubi vero P. vestra, subducta ratione temporum, motum proprium S. D. nostri S. Hispaniarum Regi redditum esse suspicari poterit, poterit exemplum illud litterarum nostrarum, cum quibus illi maxime videbitur, communicare. Mastrillum ad nos ne mittat, sed eum potius interea, dum ex officio Neapolitano proceditur, extra ordinem ad perpetuam rei memoriam examinari cum aliis faciat. Settarum etiam, aut alium quemvis privatum ad se ne accersat constituendi examinis Marinae causa, sed denuntiationem istam evangelicam patiatur motu S. D. nostri proprio ex arbitrio S. ipsius geri et administrari. Illud modo provideat, ut ne quid hoc nomine ad curiam Neapolitanam referatur, neve quid eorum per nos aut per nostros fieri existimetur, et ut viro prudenti ac ei, qui Bari aut alioqui in loco, ubi Marina ipsa vivit, esse possit, committatur. Poterit postea ad eum, cui commissa res fuerit, P. vestra litteras suas dare, quibus illi ostendat sibi quoque gratum fore,

si hoc negotium quam cautissime et quam occultissime administret, pertentato nimirum ante omnia Marinae ipsius animo, quantum nostra causa, vel potius aequitatis ipsius, facere velle videatur, ut, si aliquid spei ad sublevandam causam nostram esse viderit, ex officio illam examinet, sin minus relinquat totum potius, quam causam nostram temere praegravet. Jam autem quoque et de alia quadam denuntiatione evangelica expedienda cogitamus, quae generalis sit, et cujus usus ad neminem nominatim, sed ad omnes in universum se extendat, ad omnes dicimus, qui expilationis haereditatis matris nostrae quoquo modo conscii esse videantur. Ea denuntiatio deducatur etiam privatim ad notitiam Barrabae et ejus deductionis legitima aliqua fiat relatio. Sic fiet, ut aut dicat aliquid Barrabas adversum se, et habebimus, quod jampridem quaerimus, aut si nihil dixerit, quod credimus, cum is non solum conscius, aut particeps, sed auctor plane sit eorum furtorum, in excommunicationem incidet; in qua si insorduerit ultra tempus legibus praescriptum, et pro haeretico censebitur, et in alios multo majores laqueos incurret, ex quibus se aegerrime poterit expedire. Videat modo P. vestra, ut ejusmodi quoque denuntiatio evangelica possit quamprimum obtineri, et ut viro bono ac ei, qui nostro nomini nulla ratione videri possit esse obligatus, committatur: atque adeo, ut committatur ipsi S. D. nostri Nuntio, qui Neapoli esse dicitur, et committatur motu proprio ipsius S. D. nostri. Sic enim nobis fore persuademus, ut ea res multos fructus causae nostrae pariat salutares. Scripturas Camilli de Rossis, quas ad causam nostram pertinere judicaverit P. vestra, ad nos mittat. Librum etiam, in quo jura et instrumenta ad causam Barensem pertinentia continentur, Neapoli mitti ad se jubeat. Qua de re nos etiam Agenti nostro scribimus. Viceregi ad eas litteras ipsius, quas nobis misit P. vestra, respondeat seque minime, aut de S. Hispaniarum Regis fraterno amore erga nos, aut de Viceregis ipsius studio in conservanda mutua benevolentia utriusque nostrum, dubitare ostendat, sed esse tamen plerosque, qui quasi de industria id unum dare operam

videantur, ut conjunctionem hanc animorum nostrorum dirimant, et nos indignissimo certaminis genere inter nos committant. Quorum enim alio pertineant tot ac tantae indignitates, quibus afficimur? Se et suae erga S. Hispaniarum Regem observantiae egregie consciam et benevolentiae ac amoris nostri testem locupletem esse posse. Atque haec quidem omnia P. vestra ex se ipsa scribat. Nos interea de Ticinio, quem P. vestra nobis commendat, considerabimus. Litteras fidei, quas mitti sibi ad nonnullos Cardinales P. vestra voluit, nunc mittimus. Cetera ex litteris R. Vicecancellarii nostri intelliget P. vestra, quam bene valere cupimus.

Dat. Varsaviae 20 Maji 1570.

L.

Sigismundus Augustus etc.

Episcopo Conchensi.

R. in Christo pater, amice noster charissime et honorande. Cum litteras P. vestrae 23 Januarii ad nos datas legeremus, magnopere demirati sumus, litteras nostras, quas tanto ante ad P. vestram Oratori nostro nuper vita functo [1]) dederamus, tanto post, atque adeo nonnisi post mortem ipsius, redditas esse P. vestrae. Utut est tamen, et nos quidem optimi nostri erga P. vestram animi egregie sumus nobis conscii, et de benevolentia vicissim ipsius P. vestrae erga nos, tum ex Volscii Internuntii, tum ex Antonii Latertiani, Secretariorum nostrorum sermonibus abunde facti sumus certiores: quam benevolentiam suam conservaturam nobis esse P. vestram ad extremum, quoties de constantia ipsius P. vestrae cogitamus, nunquam dubitamus. Petimus igitur a P. vestra, ut, quoniam ratio negotii nostri, quod nobis interea cum S. D. Hispaniarum Rege, fratre et consanguineo nostro charissimo et honorandissimo interce-

[1]) Piotr Barzy, Poseł w Hiszpanii, zmarły tamże 1569.

dit, non in Oratoris nostri vita aut morte consistebat, sed in Serenitatis ipsius aequitate, et P. vestrae aliorumque ejusmodi consiliariorum religione ac pietate, det operam P. vestra, ut ne quid propter mortem Oratoris de egregia voluntate S. istius Regis erga causam hanc nostram, de qua nobis cum litterae P. vestrae superiores, tum sermo quoque aliorum quorundam non minimam spem fecerunt, decessisse videatur. Stante enim tam aperta causae nostrae aequitate et singulari fiducia nostra erga Serenitatem ejus per hos 12 totos annos, qui mortem S. matris nostrae (de cujus haereditate agitur) sunt consecuti, non possumus, nec, pro nostra praeclara de Serenitatis ipsius aequitate et mutua inter nos necessitudine opinione, debemus aliud suspicari, quam omnia nos aequa et honesta a Serenitate ipsius reportaturos esse. Atque id sane, favente P. vestra, futurum esse plane nobis persuademus. Erit ea res et Serenitati ipsius inprimis gloriosa et P. vestrae honorifica: quemadmodum haec et plura ex generoso Petro Duniņ Volscio, Internuntio nostro P. vestra cognoscet: quem etiam ut gratia sua et benevolentia complectatur, etiam atque etiam petimus. Nos quoque et ipsos Oratoris nostri defuncti liberos ac haeredes et Perseum Cataneum, Secretarium ejus, quos nobis P. vestra commendat, habebimus apud nos commendatos. Bene valere P. vestram cupimus.

Dat. Varsaviae 29 Maji 1570.

LI.

Sigismundus Augustus etc.

Bernardo Fogliolae [1]).

Generose s. n. d. Quemadmodum antea, sic et nunc quoque concedimus S. tuae facultatem ex Hispaniis, uti ipsa a no-

---

[1]) Sekretarz i Agent Króla Zygmunta Augusta przy poselstwie w Madrycie.

bis petiit, discedendi et ad negotia sua, quo voluerit, revertendi. Illud tantum S. tua providebit, ut scripturas nostras omnes fideliter generoso Petro Volski, Internuntio nostro reddat et si quid praeterea habet, quod in negotiis nostris illum informet, id faciat.

Dat. ut supra.

LII.

Sigismundus Augustus etc.

Rui Gomez [1]).

I. Princeps, amice noster charissime et honorande. Nunquam antea de egregia I. vestrae erga nos voluntate, nunquam de optimo erga omnem aequitatem animo dubitavimus: sed epistola tamen I. vestrae, quam ad nos 17 Januarii dedit, ita praeclaram et perpetuam nostram de virtute et integritate I. vestrae opinionem confirmavit, ut eam etiam mirum in modum auxisse videatur. Ac quoniam acquiescimus libenter sane in eo, quod nobis I. vestra per litteras suas defert, facere non possumus, quin hoc nomine I. vestrae gratiam habeamus, quae se et fecisse quidem nostra causa, quae opus erant, vivente Oratore nostro, et deinceps eodem animo facturam semper esse domonstrat. Re vera enim cum negotium nostrum ejusmodi sit, quod magis in aequitate S. Hispaniarum Regis, fratris et consanguinei nostri charissimi et honorandissimi, studioque item ac benevolentia I. vestrae erga nos, quam in vita aut morte Oratoris nostri consistat, aequum est, et nos sane petimus, perficiat I. vestra, ut ne qua propter mortem Oratoris nostri in animo vel Serenitatis ejus, vel I. vestrae erga causam nostram mutatio eveniat: praesertim si, ut scribit

---

[1]) Ruy Gomez de Silva, Książę Eboli, Minister i ulubieniec Filipa II, współzawodnik Księcia Alby, znany z umiarkowanych dążności.

I. vestra, causam ipsam Orator noster moriens bono loco et, ut ipsa scribit, in bonis terminis reliquerit. Erit ea res cum I. vestrae honorifica, tum S. ipsi Regi, fratri nostro gloriosa; uti pluribus verbis I. vestra ex generoso Petro Dunin Volski, Interruntio nostro cognoscet, quem ut gratia et benevolentia sua complectatur, magnopere petimus. Liberos defuncti Oratoris nostri et Secretarium ipsius, quos nobis I. vestra commendat, habebimus commendatos. I. vestram bene valere cupimus.

Dat. Varsaviae 29 Maji 1570.

LIII.

Sigismundus Augustus etc.

Petro Volski.

Generose f. n. d. Mieliśmy temi czasy odpis od X. Biskupa Conchensis i drugi od P. Ruigomeza na listy nasze, któreśmy byli do nich pisali jeszcze przez P. Przemyślskiego [1]), gdy od nas jechał, na które co każdemu z nich odpisujemy, to z kopii listów, które wam posyłamy, wyrozumiecie. Oddajcież im listy nasze, a akkomodując się do tego, co im piszemy i cobyście tam więcej potrzebnego ad causam nostram rozumieli, obiecujcie im szeroce o łasce i przyjaźni naszej, gdzie po nich życzliwość w tej kauzie naszej poznamy. Insze rzeczy sprawujcie wedla dawnego pisania naszego a dawajcie nam i X. Kardynałowi Warmińskiemu znać szeroce o wszystkiem. Pisząc do nas Perseus Cataneus, zna się inter cetera, iż ma przy sobie listy i skryptury niektóre, oprócz skrzynie, które skryptury chce oddać Cardinali Commendono, ale wy opatrzcie to zarazem, żeby je wam samemu oddał, nie odwoływając się na

---

[1]) Piotr Barzi, Kasztelan Przemyślski, Starosta Lwowski, zmarły w Madrycie 1569 r.

nikogo innego. A są te listy. Naprzód alcune lettere degli Catapani, le quali monstrano testamento secondo esser falso. Item una copia d'instrumento, gdzie snać ojciec nasz daje facultatem nieboszczce matce naszej alienować Barum et Rossanum [1]). Item list Papagodzin, własną jego ręką pisany do Duca d'Alba, skąd się zdrada pokazuje. Ale wy to i co innego wyrozumiecie, czego będzie nie dostawało z onego Inwentarza, który się wam dał na odjeździe waszym od Latercyana. A tak i te skryptury i te drugie od posła Papieskiego weźmijcie do siebie. Pisze też tenże Perseus, iż snać Król Hiszpański miał był pisać do nas de restituendis statibus. Ale iż nie było Agenta naszego, a temu też snać Perseus [2]) przeszkadzał, do tego Fogliola [3]), tedy się to pisanie wniwecz obróciło. Wy dowiedziawszy się jeśli tak jest, dajcie nam znać. A jeśliście już one dwa listy nasze włoski i łaciński, którycheśmy wam summę posłali i teraz jeszcze kopię samą łacińskiego posyłamy, Królowi J. M. oddali, tedy nie sollicytujcie drzewiej o respons, aż tam nadejdzie breve papieskie do Króla J. M., które ma tam być już co dzień, które gdy będzie oddano, pilnujcie zarazem i upominajcie się już responsu tego. Interim in negotio expilatae haereditatis, aby ex officio procedowano w Neapolim, starajcie się, bo nam tak piszą z Neapolim, iż acz to widzą tam

---

[1]) W roku 1533 toczyły się układy o zamianę księstwa Rossano dziedzicznego Królowej Bony, na posiadłości Księcia Piotra Antoniego Bisignani. Plenipotencyę do zawarcia tego układu miały następujące osoby: Ludwik Alifio Namiestnik Bari, Ludwik Puczuto Gubernator i Franciszek Grosso. Oryginalny akt plenipotencyi opatrzony jest podpisami Króla Zygmunta i Królowej Bony; dat. w Krakowie d. 5 Kwietnia 1533 r.

[2]) Perseus Cataneus, Sekretarz poselstwa polskiego w Madrycie przy Piotrze Barzim.

[3]) Bernard Fogliola, Sekretarz i Agent Króla Zygmunta Augusta.

być rzecz sprawiedliwą, wszakoż z Hiszpanii o wszystkiem rezolucyi czekają.

Dat. ut supra.

LIV.

Sigismundus Augustus etc.

Clodinio [1]).

Venerabilis d. n. d. Mieliśmy od was temi czasy exemplum instrumenti emptionis census 43 m. et exemplum mandati, aby ten czynsz płacono, praeterea i protestacyę, którą, jako piszecie, raz było uczyniono. Mieliśmy też processum i potem zasię allegationes juris in causa argenti. Czekamy jeszcze od was naprzód inventarium rerum S. quondam matris nostrae, które nam przyobiecujecie. Czekamy i processu tego około expilatam haereditatem, który się był stał ex officio tudzież po śmierci matki naszej. Czekamy i kopii przywileju M. Antonii Curti de Notariatu Bari et Rossani, czekamy i spisku tego, jako wiele i które skryptury wam przez X. Ticina na odjezdnem oddane. Owa czekamy inventarium wszystkich skryptur, które przy was tam są. Czekamy jeszcze i aquam florum genestrae, i ktemu niektórych skryptur, wypisawszy z tych, które tam są przy was. Nakoniec czekamy liczby i Fawellowej i Ticinowej po śmierci Stempowskiego aż do przyjechania waszego, przy której i wy liczbę swą aż ad Calendas Januarias proxime praeteritas poślijcie. Liczbę Ticinową prawda iż tu mamy, ale jednak nie podpisaną ręką waszą, tak iż ci, którzy na liczbie siedzą, nie wiedzą, jeśli temu regestrowi fides dari debet. Ale co się tycze przesyłania tych wszystkich skryptur, w tem was przestrzegamy, żebyście to co z najmniejszym kosztem czynili, gdyż to co doma macie, sługom przepisać roz-

---

[1]) Ksiądz Stanisław Kłodziński.

kazać możecie, a co extrahować ex actis publicis potrzeba, to wziąwszy extrakt raz i zapłaciwszy raz, może się potem doma in mille exempla sine sumptu przepisać i przesyłać, gdzie będzie potrzeba, tak do nas jako do Rzymu i do Hiszpanii. Sami też posłaliśmy wam już dawno instrumentum quietationis Lampognani de solutione ejus summae, o którą tam nam actionem intentavit. Za którym kwitem wy z Adwokaty starajcie się pilnie, nic na stronę nie opuszczając ani ochylając, żebyście go przywiedli in poenam expensarum, in poenam interesse, in poenam conventionalem, in poenam legalem et in poenam perjurii, bo te wszystkie poenae na nim wiszą. A czyńcie to jako mówimy, nic mu nie folgując, propter exemplum aliorum, aby się z niego karali. Posyłamy wam też teraz list do Adwokatów około tego, coby się nam na ten czas in causa argenti czynić widziało. Tam stąd wolę naszą wyrozumiecie i z Adwokaty pospołu. Summa jest, gdyż ta causa tak się bardzo niedbałością wielką a ufaniem nie wiemy w co, marnie naruszyła, tedy saltem to jest widzenie nasze, aby była petita in judicio restitutio in integrum, gdyż i probacye dostateczniejsze i świadki locupletiores mieć w tej kauzie możemy. Nie może też nam być przez adversarium co innego w tej naszej petycyi zarzucono, abyśmy diffugiis laborare tylko chcieli non necessariis, gdyż to srebro non a nobis, sed ab adversario possidetur. A my interim przedsię to beneficium mieć będziemy, iż nam non labentur fatalia, o co się wam w tej kauzie i z Adwokaty starać najpilniej potrzeba. A my tu stąd więcej świadków i więcej probacyj pro parte nostra suppeditabimus, a postaramy się, iż to będzie per primam postam. Pisze nam X. Kardynał [1]) z Rzymu, iż tam potrzebuje od was ksiąg, w których spisane są jura i inne munimenta causae nostrae. A tak poślijcie mu je do Rzymu bez mieszkania.

Radzi to widzimy, iżeście przyszli ku temu assignamentum 43 m., z którego płacąc inszym to co komu debetur, miejcie na-

---

[1]) Stanisław Hozyusz.

przód baczenie na Soderiny, którym się winno dziesięć tysięcy wedla chirografu naszego, który wam tam pokażą. Pamiętajcie też i to, cośmy wam pierwej o Puccinie [1]) pisali, aby nam dał znać jako te pieniądze obrócił, które okrom prowizyi swej ordynaryi brał extra ordinem na potrzebę naszą, za osobnemi listy naszemi, o czem pisaliśmy wam dostatecznie pierwej de data 8 Maji. Przyjmujemy i to za wdzięczne, co się przez ten czas na Federicum Papacodam i Mastrillum obróciło. Interim starajcie się o te rzeczy, naprzód abyście ten ostatek 15 m. co może być najrychlej wyciągnęli. Item abyście causam expilatae haereditatis pilnie prowadzili, żeby ex officio procedowano, o czem my też i teraz Wolskiemu do Hiszpanii piszemy. A wy zatem in omnem eventum tych świadków, którzy wiedzą a są bene dispositi, dajcie extra ordinem ad perpetuam rei memoriam examinować, aż z Hiszpanii przyjdzie jaka ordynacya w tej mierze, o którą się wy też u Wolskiego starajcie. Co się tycze Maryny [2]), to już niechaj będzie praca czyja insza. Wy nie wiele wołając, patrzajcie tego z Rzymu od X. Kardynała, nic spominając przed nikim i jakoby o tem nic nie wiedząc. Przestrzegajcie też tego a pilnie, aby provisionarii nostri przestawali na liściech naszych, które im w tej mierze dawamy, ażeby się z tem do kancellaryi Neapolskiej nie uciekali, tak jako to snać X. Kardynał Commendoni uczynił, alboli uczynić był chciał, i takież Alfonso Castaldo [3]). A gdzieby kto co takiego chciał przedsiębrać, brońcie co możecie, a nam znać dawajcie. Pisał nam też był X. Kardynał, iżby się tam zdało niektórym, iżby ten czynsz 43 m., który z skarbu Neapolskiego bierzemy, lepiej abyśmy sami z Doany zarazem wybierali przez sprawę naszą. Lecz w tej mierze to, coby się nam zdało, wy-

---

[1]) Jan Baptysta Puccini, Agent w Neapolu.

[2]) Marina Arcamona, sługa Królowej Bony, później mniszka.

[3]) Jan Alfons Castaldo; patrz przypisek o nim w Części I, str. 233.

pisaliśmy na drugiej karcie, którą wam posyłamy dlatego, abyście wy też nam widzenie swoje w tej mierze napisali.

Dat. Varsaviae 29 Maji 1570.

LV.

Sigismundus Augustus etc.

Podoscio.

Venerabilis d. n. d. Jakośmy wam byli obiecali dać znać o Gdańszczanach i Elbiężanach, jeśliby byli ad comitia imperii evocati, tedy wam teraz dajemy znać, iż tak jest, że są evocati, a tak i to coram ordinibus imperii na miejscu swem przełożywszy, sollicytujcie o respons, wedla pierwszej legacyi X. Podkanclerzego dzisiejszego. Factura D. tua pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae 29 Maji 1570.

LVI.

Franciscus Krasiuski, Viceancellarius Regni.

Cardinali Hosio.

J. et R. in Christo pater et D. D. observandissime. Obsequiorum meorum commendationem. De negotio R. D. Cromeri, de quo scribit J. P. vestra, se propediem cum protectoribus acturam esse, exspecto quid fiat, quod cum erit factum, faciet me et S. R. Majestatem I. P. vestra certiorem. De augenda et nonnihil anticipanda I. P. vestrae pensione Neapolitana frustra nunc plane tentaremus, non solum occupata R. Majestate molestissimis istis comitiorum negotiis, quorum acerbitas in nos potissimum ecclesiasticos est conversa, sed etiam ita exhausta et ordinariis et militaribus, et aliis multorum generum sumptibus, ut vix unquam aeque. Quare totum id in aliud po-

tius tempus differendum esse existimavi; cujus quidem occasionem nullam unquam praetermittam. Quod autem in litteris suis queritur I. P. vestra de mandatis S. R. Majestatis in terras Prussiae ac potissimum ad subditos I. P. vestrae de contributione missis, egi cum Regia Majestate; quae facultatis suae esse negat, de iis rebus pro arbitrio suo in utramcumque partem statuere, quae communi omnium ordinum voluntate sunt constitutae. Quamobrem agendum erit hic in comitiis per nuntios et consiliarios terrarum illarum, ut earum rerum ratio aliqua habeatur, quae I. P. vestra in litteris suis proponit. Verum hactenus ex terris illis nec Nuntius, nec Consiliarius quisquam terrarum illarum comparet. Quod si aliter fieri non poterit, postea, communicato cum R. D. Legato Apostolico consilio, faciam, quod optimum esse judicaro, nec in meo erga I. P. vestram studio et observantia desiderari quicquam patiar. I. P. vestram quam optime et quam diutissime valere cupio.

Dat. Varsaviae 29 Maji 1570.

LVII.

Idem.

Clodinio.

R. D. amice charissime. Miałem i czytałem to memoriale, któreś W. M. tu o tych rzeczach, które się tam z Viceregem mówiły i sprawowały, posłał. Dobrze mi się podoba, a tem bardziej iż widzę, że w tem assignamentum 43 m., które alias zwykły były do Augustum a czasem i dłużej zwłóczyć, natenczas żadnego omieszkania nie uczynili. Proszę non parcatis i napotem takież diligentiae w każdej sprawie Króla J. M. A te pieniądze i inne, które W. M. do rąk przychodzić będą, żeby się tak szafowały, jakoby sine indignitate K. J. M., a potem też i bez szkody było, to jest, aby się i dało, gdzie potrzeba a gdzie Król J. M. każe, i nie dawało, gdzie zasię potrzeba

jasna albo mandat K. J. M. nie ukazuje. To co się na appellacyę Don Federici Papacodae obróciło i takież na Felicem Antonium Mastrillum do tych czasów, to K. J. M. pro rite expenso przyjmuje, bo każdy znać to musi, iż to idzie ku dignitatem i ku potrzebie jasnej J. K. M. Także wszędzie, gdzieby taka potrzeba przypadła, tedy zatkać dziurę co najrychlej czem równem, a w skok dawać znać o ostatek J. K. M. Sebastiano Montelupi naznaczył J. K. M. stipendium od posty tam u W. M., tak jakoś to W. M. z listu i z mandatu K. J. M. wyrozumiał. Otóż dają sprawę tam stąd, iżbyś W. M. jakieś dubium czynił około tego, po czemu talery albo po czemu dukaty tamte szacować. A tak W. M. wiedz, iż tu w Polsce talery idą po groszy 33, a za dukat przez cambium dają tu K. J. M. groszy 35. I mam za to, gdy W. M. tak będziesz tę płacę P. Montelupiemu czynił jurgieltu jego na postę, iż i Królowi J. M. żadnej szkody i Montelupiemu krzywdy żadnej nie uczynisz, bo to sam rozum, iż tak być ma, pokazuje. Co się tycze Krupki, o którego W. M. tak wielkie lamentacye czynisz, tak W. M. wiedz, iż to naprzód nie moja praktyka, ale własna J. K. M. wola i rozkazanie było, na com i ja potem tem snadniej przyzwolił, iżem rozumiał, żeś z niego W. M. nie przystawa albo towarzysza, jako W. M. chcesz rozumieć, ale człowieka do posług K. J. M. potocznych godnego mieć miał, bo widzę, iż człowiek dobry Krupka i język umie i świadom spraw po części i praktyki Neapolskiej. Króla J. M. co za motivum w tej mierze było, ja gadać nie chcę, ale tom zawdy widział, iż skoro z Hiszpanii przyjechał, tedy przedsię J. K. M. o tem myślił, jakoby go na posługach swych przedsię zadzierżał, a do W. M. podobieństwo, iż go dlatego J. K. M. posłać raczył, aby czasu jakiej przygody na W. M. nie zostały tak rzeczy J. K. M. bez sprawy i opieki, jako były zostały po śmierci nieboszczyka P. Stempowskiego. Habes rationem facti mei, którą mam za to, że W. M. deinceps non improbabitur. Insze rzeczy z listu K. J. M. szerzej W. M. wyrozumiesz.

Dat. Varsaviae 29 Maji A. D. 1570.

LVIII.

Idem.

Podoscio.

R. D. amice charissime et honorande. Mówił ze mną P. Doktor Patrycy około J. M. X. Biskupa Poznańskiego a około W. M. Na co jak W. M. odpisuję, iżem ja jeszcze tu mówił z J. M. X. Biskupem około tego, i to, co rzecz sama pokazowała, przełożyłem to J. M., iż ponieważ tam jesteś W. M. poseł ordinarius, a J. M. też nie ma nic tajemnego w legacyi swojej, coby się z W. M. kommunikować nie godziło, jedno te rzeczy ma, które wszyscy wiedzą około tej to pacyfikacyi, tedy to będzie z większą poczciwością J. M. et dignitate eorum, inter quos geritur negotium, kiedy J. M. będzie adhibere W. M. do tych consilia et tractatus pospołu z sobą. I takiem baczył, iż to nie było przeciwko J. M. A wszakże ex superabundanti i teraz list swój do J. M. w ręce W. M. posyłam w tej mierze, który możesz W. M. J. M. oddać. A z tem się dobrej zwykłej przyjaźni W. M. zalecam.

Dat. Varsaviae 29 Maji 1570.

LIX.

Idem.

Episcopo Posnaniensi [1]).

R. in Christo pater et D. D. observandissime. Obsequiorum et officiorum meorum commendationem. Pamiętam, żem z W. M. w tej mierze ustnie mówił i znałem, żeś W. M. prze-

---

[1]) Adam Konarski.

ciw temu być nie raczył, gdyż W. M. wiesz, iż tam na dworze Cesarza J. M. X. Podoski jest poseł ordinarius, a W. M. też pro hac vice nic takiego w poselstwie swem nie masz, czegoby się X. Podoskiemu zwierzyć nie godziło, abyś W. M. raczył go ad omnes tractatus et ad omnia consilia około tej pacyfikacyi Węgierskiej brać i przypuszczać, gdyż to i ku czci W. M. samego większej będzie, i ktemu cum majori eorum, inter quos res geritur, dignitate. Tom tylko tym listem natenczas chciał W. M. przypomnieć, abyś W. M. poznał, iż i W. M. rad służę ex animo i X. Podoskiego jako brata miłuję, na którego też wiem, i on sam zna, że W. M. łaskaw być raczysz, a zań też mogę obiecać, iż W. M. rad służy. Z tem się w łaskę W. M. pilnie zalecam.

Dat. Varsaviae 29 Maji 1570.

LX.

Idem.

Volscio [1]).

Generose D. amice charissime. Gdyżeś już tam W. M. we zdrowiu na ten dwór przyjechał, oczekiwamy od W. M. codzień to lepszej nowiny. Ante omnia z temi tam Włoszki obejdź się W. M. co najostrożniej możesz, wedla dawnego rozkazania J. K. M. przez list. O skryptury, tak o te, co są in potestate Nuntii Apostolici, jakoteż i te, które przy sobie ma Perseus [2]), staraj się W. M., żebyś miał in potestate sua wszystkie co najrychlej. Potem zachowaj się W. M. i przeciw nim i w sprawowaniu innych rzeczy, jako jest wola i rozkazanie J. K. M. Posyłamy W. M. teraz listy do Episcopum Conchae i do Rui Gomeza sine titulis, każ tam W. M. komu tytuły na-

---

[1]) Piotr Dunin Wolski, Poseł w Madrycie.

[2]) Perseus Cataneus, były Sekretarz poselstwa polskiego w Madrycie.

pisać i oddaj W. M. Nam też tu W. M. tytuły i tych i innych panów poślij, propter multa emergentia. A iż natenczas, gdyś W. M. odjeżdżał z Knyszyna, i ja, jako W. M. pamiętasz, i P. Doktor Patrycy byliśmy oba niesposobnego zdrowia, tak, iż pamiętać i wiedzieć nie możemy, co się za expedycya W. M. naonczas dała, a nakoniec nie wiemy, który pisarz albo sekretarz W. M. odprawował, przeto poślij nam W. M. wszystką a wszystką expedycyę swoją naonczas, przepisawszy każdy list jako ma być i instrukcyę, jeśli która była. A poślij to W. M. bez omieszkania. Z tem życzę tam W. M. zdrowia przodkiem, a potem i wielkiej jakiej a znacznej przysługi do K. J. M.

Dat. Varsaviae 29 Maji 1570.

LXI.

Idem.

Ticinio [1]).

R. D. amice charissime. Iż teraz tak szeroce nie odpisuję na listy W. M., tribues W. M. occupationibus nostris comitialibus, quibus totos dies destinemur, a tem ciężej ja niż inszy, iż i urząd mój Podkanclerski i profesya duchowieństwa, quae nunc opera nonnullorum Nuntiorum terrestrium publice oppugnatur, czasu mi prawie nic do pisania listów nie zostawują. To summa, iż W. M. życzę wszystkiego dobrego. A iż ze mną P. Doktor Patrycy mówił de augendis fortunis W. M., si qua ratione commode fieri apud R. Majestatem possit, tedy acz nie pamiętam, żebym co kiedy tak disertis verbis miał W. M. około tego upewnić pisaniem swojem, wszakże iż czuję się, że W. M. miłuję i znam to, żeś W. M. to J. K. M. zasłużył, quan-

---

[1]) Ksiądz Jerzy Ticini, Kanonik Łęczycki, Sekretarz Króla i Agent w Neapolu.

tum maxime potero, benevolentia et auxilio meo W. M. w tej mierze non deero. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae 29 Maji 1570.

LXII.

Idem.

Montelupi [1]).

Generose D. amice charissime. Około tego jurgieltu W. M. na postę, którego assygnacyę masz W. M. w Neapolim, piszę X. Kłodzińskiemu tak, jakoś W. M. chciał i jako communis practica niesie, aby W. M. płacił taler po groszy 33, a dukat Neapolski dawał po groszy 35½, bo rozumiem, iż tak ani szkoda W. M., ani krzywda żadna W. M. być może. I w czem innem mogę się kiedy W. M. zachować, to zawzdy rad po staremu czynić będę.

Dat. Varsaviae 29 Maji 1570.

LXIII.

Idem.

Advocatis Neapolitanis.

Zakommunikowane przez was wiadomości są ze wszech miar zadawalniające, jakoteż pożądany rokują skutek, zwłaszcza, jeśli wykonanem zostanie to, co zamierzonem jest w ostatnim rozdziale. Ale dla powodzenia zupełnego sprawy, należy przedewszystkiem następujące zachować warunki: Popierwsze, znaleźć potrzeba bankiera poczciwego i pewnego, któryby zobowiązał się w oznaczonym terminie wypłacić J. K. M., również ażeby wypłata zapewniona była w dwóch lub trzech wekslach,

---

[1]) Sebastyan Montelupi, Dyrektor Poczty.

bez obawy bankructwa, któreby mogło spowodować utratę całej summy. Powtóre, ażeby bankierzy zobowiązali się uiścić wypłatę w Neapolu lub w innem miejscu, które wskaże J. K. M., gdyby albowiem wypłata miała nastąpić w Foggia, gdzie są do odebrania pieniądze, przedstawiałoby się niebezpieczeństwo transportu z Foggia do Neapolu, co główną jest przyczyną, że J. K. M. naznaczył miejsce wypłaty w Neapolu. Potrzecie, potrzeba wyszukać bankierów, którzyby zechcieli zapłacić z korzyścią, jeżeli bowiem zapłacą tylko 43 m. za 43 m., nie warto czynić J. K. M. zachodu względem odbioru w Neapolu. Czwarty warunek i najważniejszy jest, że skoro summa ma być uiszczoną w końcu Mca Kwietnia, musimy znaleźć bankiera, któryby zobowiązał się w oznaczonym czasie wypłacić rzeczoną summę, bez względu na to, czy odbierze takową lub nie, którego zatem moglibyśmy być pewni, że nie zechce stawiać tych przeszkód, których spodziewać się można ze strony bankierów posługujących dworowi Neapolitańskiemu. Wtedy dopiero, kiedy pomienione trudności usunięte zostaną, można będzie układać się o wymianę, ułożywszy się albowiem wcześniej, gdyby interes nie udał się według wskazanego powyżej planu, nie mogąc odwołać się raz jeszcze, w wielkim pozostalibyśmy kłopocie [1]).

LXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Advocatis Neapolitanis.

Znane nam są szczegóły obrotu spraw naszych w Neapolu, mianowicie z listu waszego, pisanego do nas pod dniem 7 zeszłego miesiąca. Zadowoleni jesteśmy z gorliwości, z jaką zawiadamiacie nas dokładnie o wszystkiem, dostarczając przy-

[1]) Przekład z włoskiego.

tem kopie dokumentów procesu o srebro i pozwów uczynionych przez was w tej sprawie. Dowody rzeczone oddaliśmy pod rozwagę naszych prawników, z których przekonaliśmy się zdania, jak wielką wyrządzono krzywdę przez ogłoszenie niesprawiedliwego przeciwko nam wyroku. Nastąpiło to w chwili właśnie, kiedy spodziewaliśmy się otrzymać wyrok łaskawy w sprawie głównej, zgodnie ze sprawiedliwością, mianowicie, że skazani zostaną na karę świadkowie strony przeciwnej, z powodu fałszywych zeznań przy badaniach, jako to dowiedliście dostatecznie argumentami in jure et in facto, które powinny były wzruszyć serca najzatwardzialszych sędziów. Teraz zaś kiedy z procesu i przytoczonych dowodów przekonaliśmy się najzupełniej o słuszności naszej sprawy, jesteśmy niemniej szczeremi jak dawniej waszemi przyjaciołmi, pomimo uwalniającego wyroku w sprawie o srebro i podobnież co do obwinionego o występki człowieka, jak o tem dowiadujemy się od was. Kiedy więc appellujemy teraz do najwyższego sądu, w celu odwołania niesprawiedliwych wyroków, zdaje się nam koniecznem, ażebyśmy posiadali reklamacyę uczynioną przed dwoma laty. Tymczasem widzimy, że dwie przyczyny wpływały na wydanie wyżej wzmiankowanego wyroku. Najprzód, nadzwyczajna baczność i przewrotność przeciwników z jednej strony, niestałość zaś, a może nawet przedajność sędziów z drugiej; nie mamy zaś żadnej wątpliwości co do jednej jakoteż drugiej przyczyny, wnosząc z wykrętów, których używano, wcelu niedopuszczenia nas do appellacyi aż do upływu terminu prawem oznaczonego, obawiamy się zatem, ażeby cel tym sposobem nie został osiągnięty, to jest, aby nie przeszkodzono rewizyi wyroku. Doznalibyśmy wielkiego zmartwienia, oszukani przez stronę przeciwną i sędziów w pierwszej instancyi, gdybyśmy równie w drugiej oszukanemi zostali. Rachujemy atoli na gorliwość i umiejętność W. M., jakoż pewni jesteśmy, że wyjście terminu oznaczonego dla appellacyi nie może szkodzić osobom, które napotykają przeszkody ze strony przeciwnej względem prowadzenia procesu. Gdy zaś W. M. przekonaliście się o przewro-

tności przeciwników naszych, jakoteż znane są wam sposoby, któremi posługują się w celu wygrania procesu, również przeszkody, które napotykamy w złej woli sędziów; czyńcież tak, ażeby nie upadła nasza sprawa z przyczyny przedawnienia. Gdy więc skierowane są wszelkie usiłowania przeciwników, w celu niedopuszczenia rewizyi procesu, z obawy powtórnego wyroku, powinnibyście W. M. postarać się o doprowadzenie do skutku rewizyi i odwołania z równą gorliwością, z jaką wystąpiliście na czas z protestacyą, w celu zapobieżenia przedawnieniu. Nadto życzeniem jest naszem, ażebyście wykazali wszystkie sposoby, któremi posługują się w tych trybunałach, w myśli niedopuszczenia przedawnienia; jakoż nie appellowaliśmy dla otrzymania dwóch lat odwłoki, jak to czynią posiadacze, ponieważ nie posiadamy; lecz jedynie tylko appellujemy w celu rewizyi procesu i uzyskania na mocy tejże sprawiedliwego wyroku, co zrazu nastąpić było powinno. Jeżeli zaś zgodnie ze zdaniem prawników, będą badani w tej drugiej instancyi świadkowie, którzy nie byli badani w pierwszej (wymienieni już przez nas jakoteż i ci, których dopiero wymienić mamy), tedy przedstawimy nowych świadków i nowe dowody w przedmiocie restytucyi, co tem więcej jest możebnem, że nie my posiadamy, lecz strona przeciwna, jak to powiedzianem było wyżej. Pokładamy nadzieję zresztą wygrania sprawy, tak w dokumentach jakoteż w obronie W. M., których zdolności mieliśmy sposobność ocenienia w dowodach prawnych, któremi wykazaliście fałszywość procesu, jak o tem wspomnieliśmy już wyżej. Spodziewamy się pożądanego skutku tem więcej, że według rozkazu J. K. Kat. M. z roku zeszłego, w sprawie tej przy rewizyi powinni stanąć wraz z radą kollateralną inni przeciwnicy, co przejmuje słusznym postrachem stronę przeciwną, nam zaś niewątpliwe rokuje zwycięztwo, za które głównie obowiązani będziemy gorliwości W. M., którym przełożyliśmy tak szczegółowo naszą sprawę, w której, więce niż materjalne straty dotykają wyrządzone nam afronta.

Wiecie już W. M. wszystko, i nad to nie mamy nic więcej do powiedzenia w przedmiocie wydartego nam spadku. Przypominamy tylko, że skoro agent nasz uzyskał pozwolenie Wicekróla, ażeby udzielona została informacya wiadomym interesującym nas osobom i w szczególności temu, który kieruje z urzędu tą sprawą, starajcież się W. M. tak go poinformować, ażeby mógł zrozumieć dobrze naszą sprawę, zatem aby przyłożył się do słusznego wymiaru sprawiedliwości i zwolnił nas z ciężarów, które dotychczas naszym są udziałem. Pochwalamy appellacyę waszą od wyroku uwalniającego. Mowa przez was miana ogólne wywołała pochwały, jak również zasady przyjęte przez W. M. do appellacyi. Życzymy zatem, ażebyście W. M. prowadzili rzecz dalej z gorliwością, której sami widzicie potrzebę, równie jak my, skoro pocieszamy się zarazem nadzieją, że zgodnie z doniesieniem waszem, odwoła rada to, co uczynionem zostało przez Wikaryat.

Co zresztą innych dotycze się szczegółów, nie odpisujemy, albowiem zgodnie z waszem zdaniem, poleciliśmy poinformować was naszemu agentowi [1]).

Dat. Varsaviae die 30 Maji. A. D. 1570. Regni vero nostri 41.

LXV.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus praesentibus litteris nostris, quorum interest, universis et singulis harum notitiam habituris. Debuisse nobis certi et liquidi debiti nomine famatum Jacobum Gastgeb, civem nostrum Cracoviensem duas summas pecuniarum, alteram duorum millium, alteram septingentorum et sexaginta florenorum, numeri et monetae communiter in Regno nostro currentium, uti constat ex chyrographis ipsius, uno de data Craco-

---

[1]) Przekład z włoskiego.

viae die 1 Februarii a. d. 1564, altero ibidem die 16 Aprilis a. d. 1567. Ac illam quidem duorum millium summam nobis per Generosum Prosperum Provanam, Aulicum, alteram autem septingentorum sexaginta florenorum per nobilem Petrum Maffonem, servitorem nostrum, solutas et realiter ac in effectu in thesaurum nostrum illatas esse, deinde autem etiam de hac posteriore 760 florenorum summa ita inter utrumque eorum conventum et constitutum esse, ut nunc jam universae illius 2760 florenorum summae solus Prosper Provana legitimus creditor exsistat, quemadmodum de his litterae quietationum nostrarum et litterae contractus inter ipsos celebrati attestantur. Supplicavit igitur nobis dictus Provana, aulicus noster, ut eam 2760 florenorum summam, uti ad fiscum nostrum pertinentem, omnibus aliis summis, si quae sunt eidem Jacobo Gastgeb a quibuscumque aliis personis creditae, anteriorem et potiorem pronuntiaremus, et bona immobilia Jacobi Gastgeb, quae hoc nomine per praedictum Provanam possessa sunt, nimirum domum lapideam in platea Istulae inter domos Erasmi Czeczotka et Kania cauponis sitam, itemque hortum in Cawiori cum domunculis ad eum pertinentibus, non aliter ab obligatione libera esse posse declararemus, quam si summa praedicta 2760 florenorum realiter et in effectu soluta et numerata fuerit sive ipsi, sive cuicumque alteri, in quem jus ejusmodi obligationis per ipsum acquisitae cessum et transfusum fuerit. Quod quidem nos acquum et justum esse censentes, praesentibus litteris nostris facimus et supplicationem ipsius auctoritate nostra approbamus et confirmamus. Promittentes ipsi et quicumque jure ipsius in posterum nixus fuerit, perpetuis temporibus protectionem ac defensionem nostram regiam adversus omnes et singulos, quicumque praesenti ordinationi nostrae contravenire et ratione cujuscumqe alterius crediti praerogativam hanc fisci nostri impugnare ausi fuerint, quam nos quidem praerogativam, etiam mutato possessore, salvam nihilominus et ratam ac firmam volumus permanere usque ad integram dictae summae 2760 florenorum per-

solutionem. Mandamus igitur omnibus magistratibus nostris, ut ejusmodi praerogativam fisci nostri inviolabiliter semper conservent conservarique faciant ei, quicumque in dicta 2760 flor. summa bona praedicti Jacobi Gastgeb obligata habuerit, usque ad plenam et integram ejusdem summae persolutionem, sub poena mille aureorum Hungaricalium et gratia nostra.

Dat. Varsaviae in Conventu Regni nostri generali, die 6 Junii. A. D. 1570.

LXVI.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus tenore praesentium, quorum interest, universis. Recepisse et realiter ac in effectu levavisse nos summam quinque millium quadringentorum septuaginta quattuor florenorum et grossorum viginti octo cum medio, numeri et monetae in Regno nostro currentis, singulis videlicet florenis per grossos triginta computatis, a nobilibus Soderinis, mercatoribus, servitoribus nostris societateque illorum, qui nobis eam summam per manus Sebestiani Lombardi numerari ac in thesaurum nostrum inferri jusserunt. De qua summa praedictos Soderinos praesentibus litteris nostris quietamus. Fatemur autem quoque praesentibus litteris nostris, accepisse nos in usum proprium nostrum ab iisdem Soderinis supellectilis sericeae pro summa sex millium trecentorum quinquaginta octo florenorum et grossorum undecim cum medio, quemlibet florenorum per grossos triginta computatum, idque a die . . . . . anni . . . . usque ad diem . . . . . anni . . . . [1]). Quae quidem summa simul juncta, summam constituit florenorum in moneta nostratium per grossos 30 computatorum 11,833 et grossos decem. Atque hanc quidem summam assignamus ipsis ex censu nostro annuo 43 m. ducatorum Neapolitanorum primo quo-

---

[1]) W oryginalnym rękopiśmie opuszczone.

que tempore percipiendam, et a Venerabili Stanislao Klodzinski, Cantore Cracoviensi et Secretario ac Agente nostro repetendam. Sic scilicet, ut pro illa det eis ac numeret ducatos Neapolitanos de Carlinis decem millia, quorum singulos nos grossis 35 ʻ/. communiter in cambio aestimamus. In quorum omnium fidem et testimonium praesentes litteras manu nostra subscripsimus, et sigillo Regni nostri obsignari jussimus.

Dat. Varsaviae 9 Junii 1570.

LXVII.

Sigismundus Augustus etc.

Clodinio.

Venerabilis d. n. d. Recepimus hic iterum a Soderinis, mercatoribus et servitoribus nostris, ac eorum sociis valorem quindecim millium ducatorum de Carlinis Neapoli communiter currentium, quorum ducatos singulos grossis triginta quinque cum dimidio nobis aestimaverunt. Eam autem summam promisimus ipsis bona fide primo quoque tempore persoluturos nos esse. Quamobrem mandamus D. tuae omnino habere volentes, ut, visis his litteris nostris, statim summam hanc quindecim millium, vel alioqui quantam maximam hoc tempore per cambia ad nos missura esset, Soderinis ipsis vel plenipotenti illorum D. tua prae ceteris persolvat ac in effectu numeret, sine ulla difficultate. Quod nos a D. tua in rationibus exigendis suscipiemus, visa quietatione ipsorum. Pro gratia nostra secus ne fecerit.

Dat. Varsaviae 9 Junii 1570.

LXVIII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Clodinio.

R. D. amice observandissime. Potem odpiszę szerzej na wszystko W. M. Natenczas o tego Krupkę iż W. M. tak narzekasz, już teraz nie wiem, jako temu poradzić, gdyż już dawno odjechał i bez mała do tych czasów jest już u W. M. By jeszcze był nie odjechał, widząc takowe listy W. M., snaćbym był mógł jakokolwiek tej rzeczy inaczej zabieżeć, boć też jednak ta rzecz non ex meo motivo, ale z samego Króla J. M. woli szła. Sed quod factum est, infectum fieri non potest. To wiem, że nie jedzie tam jako towarzysz albo kollega W. M., ale jedzie jako ten, którego W. M. możesz używać in negotiis Regiae Majestatis, do których go W. M. godnym a sposobnym znać będziesz. Zapłaciwszy ante omnia provisiones ordinarias ex assignamento, i ktemu to, co się Soderinom winno, wedla osobnych mandata J. K. M., i takież to, co się im naznaczyło na provisionem postae, pamiętaj W. M. ostatek cum Anielis kambiować, co zbywać będzie. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae 13 Junii. A. D. 1570.

LXIX.

Idem.

Cromero.

R. D. amice charissime et observandissime. Cum jam expedivissem ceteris in rebus famulum D. vestrae R., allocutus me est D. Patricius de immunitate ista exigendorum centum boum pro usu coquinae D. vestrae R. Itaque jussi statim litteras R. Majestatis conscribi, quae mihi neque chirographo Ma-

jestatis ejus, neque clausula illa, quod nos in rationibus suscepturi sumus, indigere videbantur. Sufficit enim a praefectis theloneorum sciri, boves eos esse pro usu domestico D. vestrae R. Itaque his R. Majestatis litteris adjunget D. vestra R. suas quoque testimonii litteras et, si quid praeterea, jusjurandum dari jubebit apud vectigalium praefectos, eos boves pro coquinae suae usu comparari. Bene valeat D. vestra R.

LXX.

Sigismundus Augustus etc.

Camenecensibus.

Famatis Proconsuli et Consulibus civitatis nostrae Camenecensis f. n. dilectis. Gratiam nostram regiam.

Famati f. d. Perfertur ad nos, magna istic scandala quotidie fieri et perpetrari ab iis, qui matrimonia semel contracta deserunt, et vel in adulteriis vivunt, vel aliam turpiter vivendi licentiam consectantur. Quod quidem eo maxime fieri dicitur, quod officium F. vestrarum nec in eos animadvertit, quos in ejusmodi turpitudine versari intelligit, nec eos denique ad poenam vocat, quos sibi ab officio spirituali et ecclesiastico deferri intelligit. Quoniam autem interest nostra et reipublicae, ne ejusmodi publica scandala maneant impunita, F. vestris mandamus, omnino habere volentes, ut quos deinceps officium ecclesiasticum de ejusmodi adulteriis convictos F. vestris detulerit, ii omnes officio et animadversione F. vestrarum coërceantur, ad eum modum, quem leges praescribunt, quibus status civitatis istius F. vestrarum gubernatur. Pro gratia nostra secus non facturi.

Dat. Varsaviae 16 Junii A. D. 1570.

LXXI.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus praesentibus litteris nostris, quorum interest, universis. Quod constitutus personaliter coram nobis I. et Magnificus Stanislaus Barzi de Blozew, curiae nostrae Marsalcus et Capitaneus Sniatinensis, suo et Andreae ac Erasmi, fratrum suorum nominibus, tanquam tutor naturalis pupillorum minorennium, liberorum I. quondam et Magnifici Petri Barzii de Blozew, Castellani Przemysliensis et Capitanei Leopoliensis ac nostri apud S. principem D. Philippum eadem gratia Regem Hispaniarum, fratrem et consanguineum nostrum Oratoris, constituit et solenniter ordinavit in suos veros, certos, legitimos procuratores, mandatarios, negotiorumque suorum infrascriptorum gestores et actores, omni meliore modo, forma, stylo et ratione, Generosum Petrum Dunin Volski, Secretarium et Internuntium nostrum ad eundem S. Hispaniarum Regem, et nobilem Gabrielem Krzeczowski, servitorem suum, utrosque in solidum, etiam cum potestate substituendi in absentia sua unum vel plures, si opus fuerit. Ut scilicet possint et valeant, vel etiam ut aliquis eorum possit et valeat, res ac supellectilem omnem praedicti I. quondam et Magnifici Petri Barzi, Castellani Przemysliensis, et reliqua omnia, quae ipsius erant quomodolicet propria, conquirere et, si quae forte amissa aut quocumque modo aversa sunt, ea tam in judicio, quam extra omnibus legitimis et idoneis rationibus persequi ac recuperare, recuperata ad se recipere, penes se habere et postremo ad ipsum I. et Magnificum Stanislaum, curiae nostrae Marsalcum, per omnem occasionem mittere, rationesque de rebus eisdem atque supellectili ipsius defuncti a quibuscumque personis exigere ac cetera omnia agere et facere, quae in praedicta rerum ac supellectilis conquisitione et recuperatione necessaria fuerint et opportuna: etiamsi

illa sint ejusmodi, quae magis speciale mandatum requirere videantur. Dans et concedens ipsis et cuilibet eorum in solidum facultatem, omnem pecuniam, quae ad defunctum proprie pertinuerit, sive ea in paratis sive in debitis fuerit, repetendi, eamque numerandi, levandi, recipiendi et de recepta quietandi. Promittens suo fratrumque suorum et pupillorum praedictorum nominibus, se totum id ratum, gratum, firmumque esse habiturum, quicquid per ipsos, vel aliquem eorum gestum, actum, factum fuerit in praemissis, non secus quam si per se ipsum gestum, actum, factumque fuisset. In quorum omnium fidem etc.

Dat. Varsaviae 14 Junii. A. D. 1570.

LXXII.

Sigismundus Augustus etc.

Aemilio Malvecci.

Magnifice s. n. d. In hoc rerum statu, in quo Sin. tuam versari jam pridem intelligimus, non passi sumus desiderari in nobis gratiam et benevolentiam nostram. Quicquid enim ad sublevanda incommoda ipsius pertinere existimavimus, in eo nos semper benignos Sin. tuae et faciles praestitimus. Nunc recte Sin. tua fecerit, si deinceps et paria officia exspectet a nobis et praesentem fortunam suam cogitatione benevolentiae nostrae regiae consoletur. Ecquidem jucundissimum nobis futurum est, cum primum Sin. tuam his ejusmodi incommodis per Dei gratiam liberatam cognoscemus.

Dat. Varsaviae 17 Junii 1570.

LXXIII.

Sigismuudus Augustus etc.

Cardinali Mechlinensi [1]).

R. in Christo patri D. Antonio Granvellano, S. R. E. Presbytero Cardinali et Archiepiscopo Mechlinensi, amico charissimo et honorandissimo, salutem et omnis felicitatis continuum incrementum.

R. in Christo pater D. amice noster charissime et honorandissime. Qui sit noster amor erga P. vestram, quae benevolentia, ex R. in Christo patre D. Cardinali Varmiensi P. vestra cognoscet. Quamobrem si quando usu venerit, ut is gratia et benevolentia P. vestrae opus habuerit in Barensibus negotiis nostris, petimus a P. vestra, ut fidem P. illius non secus quam nobis ipsis habeat, et se amore ac benevolentia nostra delectari declaret et ostendat. Bene valere P. vestram optamus.

Dat. Varsaviae 18 Junii 1570.

LXXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Julio Aquavinae Cardinali [2]).

R. in Christo patri, domino Julio Aquavinae, S. R. Eccle-

---

[1]) Antoni Granvellana, Arcybiskup Mechliński, Prymas Niderlandzki, Minister Filipa II i pomocnik Wielkorządczyni Niderlandów, Małgorzaty Parmeńskiej; trzymał tamże ster rządu od 1559 do 1564 roku, w którym to czasie, w skutku wynikłych rozruchów i niezadowolenia z jego rządów, usunął się z rozkazu Filipa. Usunąwszy się na czas pewien od spraw publicznych, protegował hojnie nauki i sztuki piękne. Około 1570 r. wystąpił znów na widownię politycznego świata, jako prokurator Filipa II w Rzymie przy zawarciu przymierza.

[2]) Juliusz Aquavina de Aragonia rodem z Neapolu, syn Jana Hieronima Księcia Atryi, mianowany Kardynałem 1570 r., w 24 roku życia.

siae Diacono Cardinali, amico et propinquo nostro charissimo et honorandissimo, salutem etc.

R. in Christo pater domine, amice et propinque noster charissime et honorandissime. Magnam voluptatem cepimus ex eo nuntio, qui ad nos perlatus est de recenti ista P. vestrae Cardinalatus dignitate. Quem cum multis aliis nominibus P. vestrae et ecclesiae Dei gratulamur, tum etiam ob communem, quae nobis inter nos intercedit familiae Aragoniae conjunctionem. Quamobrem scire P. vestram volumus, nos et honori quidem huic ipsius ex animo favere et, si quid in nobis sit, quod ad eum augendum pertinere videatur, omnia nostra animo quidem promptissimo et paratissimo semper esse collaturos. Sed de his et ejusmodi rebus plura ex R. D. Cardinali Varmiensi nostro P. vestra cognoscet. Qui si quando in negotiis Barensibus nostris gratia et benevolentia P. vestrae opus habuerit, petimus magnopere, ut fidem P. ipsius non secus quam nobis ipsis habeat, et se nostri familiaeque nostrae communis amantissimus esse declaret et estendat. Bene valere P. vestram cupimus.

Dat. Varsaviae 18 Junii. A. D. 1570.

LXXV.

Sigismundus Augustus etc.

Episcopo Couchensi.

R. in Christo pater, amice noster charissime et honorandissime. Ex litteris Generosi Petri Dunin Wolski, Secretarii et Internuntii nostri intelligimus, de quo alioqui semper confidebamus, praeclarum P. vestrae animum erga causam hanc Barensem nostram, de qua tertium decimum jam annum magno sumptu et majore fastidio nostro laboramus. Etsi autem nihil admodum novi litterae hae Secretarii nostri nobis attulerunt, cum nobis aequitas et justitia, praeterea autem singularis quaedam erga causam istam nostram propensio P. vestrae

sit jam pridem perspectissima, et quamquam hae quoque nostrae litterae nihil admodum novi P. vestrae allaturae videantur, cui benevolentiam quoque erga se nostram arbitramur esse perspectissimam, tamen visum est nobis P. vestram iterum atque iterum facere certiorem, nos nihil aliud exspectare tantopere, quam occasionem nobis aliquam dari primo quoque tempore, in qua, quanti hunc animum P. vestrae erga nos causamque nostram propensissimum faciamus et quam omnium ipsius erga nos officiorum grati simus, possimus illustri aliquo argumento declarare. Quod quidem tempus, dum justitiam causae nostrae, dum aequitatem S. Regis vestri ejusdemque fratris et consanguinei nostri charissimi, dum denique constantem erga nos causamque nostram P. vestrae affectionem intuemur, speramus cito adfuturum. Bene valere P. vestram cupimus.

Dat. Varsaviae 18 Junii 1570.

LXXVI.

Sigismundus Augustus etc.

Ruy Gomez.

I. princeps, amice noster charissime et honorande. Scribit ad nos Generosus Petrus Wolski, Secretarius et ad S. Hispaniarum Regem Internuntius noster, de singulari quadam I. vestrae erga nos causamque Barensem nostram benevolentia, quam sibi ex omnibus I. vestrae sermonibus non obscure intelligere videtur. Quae res etsi non nova auribus nostris accidat, qui jampridem de optimo I. vestrae erga causam nostram animo multis argumentis persuasissimum habemus, tamen quoniam omnis earum rerum renovatio voluptatem nostram videtur renovare, etiam atque etiam I. vestram scire volumus, nobis nihil tam in animo impressum esse, quam ut primo quoque tempore occasionem aliquam haberemus demonstrandi illi

omnibus insignibus argumentis, quam grata animo nostro accidant ea officia, in quibus ad extremum usque I. vestram permansuram esse nobis pollicemur. Quare cum Internuntio ipsi nostro I. vestra tantam spem ostendit praeclarae S. ipsius Regis, fratris et consanguinei nostri honorandissimi, voluntatis erga causam hanc nostram, det operam I. vestra postulamus, ut ea spes in rem quamprimum conferatur. Quod sane et ad mutuam Serenitatis ejus nobiscum conjunctionem pertinet et ad testandum optimum nostrum et gratissimum erga I. vestram animum magnopere pertinebit. Bene valeat I. vestra.

Dat. Varsaviae 18 Junii 1570.

LXXVII.

Sigismundus Augustus etc.

Ad varios officiales minores Regni Hispaniarum.

Magnifice s. n. charissime. Multa cum alias, tum nunc ex litteris Generosi Petri Dunin Wolski, Secretarii et Internuntii nostri intelleximus de optima S. vestrae erga nos causamque Barensem nostram voluntate. Quod nobis sane uti olim, ita nunc quoque accidit gratissimum. Volumus igitur S. vestram existimare, nos primam quamque occasionem, quae nobis data fuerit, praetermissuros non esse, quin S. tuae declaremus, quanti studia omnia et officia ipsius faciamus, quae nobis vel jam praestitit vel deinceps est praestatura. Ipsa modo S. vestra voluntatem hanc egregiam nobis ad extremum usque conservet et Internuntio istic nostro adsit omni studio et benevolentia sua in obtinendis iis, quae aequa, quae nostrae cum S. Rege, fratre et consanguineo nostro honorandissimo, conjunctioni consentanea maxime esse videntur.

Dat. Varsaviae 18 Junii 1570.

LXXVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Varmiensi.

R. in Christo pater s. n. d. Obtentum esse tandem motum proprium S. D. nostri ad S. Hispaniarum Regem, libenter ex litteris P. vestrae intelleximus. Qua de causa etiam volumus, a P. vestra S. ipsius agi gratias nomine nostro. Ita enim perscriptus est, ut neque ab instructione nostra aberratum esse, neque aut in P. vestrae provisione et cautione, aut in S. illius gratia et benevolentia erga nos desiderari quicquam potuisse videatur. Illud scire cupiebamus, atque etiam cupimus, ecquid P. vestra, quemadmodum in eadem illa instructione praescriptum a nobis habuit, obtinuerit litteras S. ejusdem ad suos, quos vel in Caes. Majestatis vel in S. Regis Hispaniarum aula habet nuntios, ut et adsint causae nostrae apud suum quisque principem, nomine et auctoritate S. ejus, et de re tota cum eo, qui apud nos est Nuntio [1]), S. ipsius consilia communicent. Tum autem illud quoque scire cupimus, ecquid tam motum illum proprium ad S. Regem, quam has litteras ad nuntios ipsos S. ejus miserit P. vestra et quando miserit. Quod quidem, si nondum fecit, faciat, et hoc, si quid praeterea est, quod in instructione illa contineatur. Quae quidem instructio etsi ejusmodi est, quemadmodum scribit P. vestra, ut plenissima esse non videatur, ea tamen profecto continet, quae necdum plane singula confecta esse, et si conficerentur, magnum ad perficienda reliqua adjumentum adferre posse videmus, quemadmodum P. vestra ex ipsis instructionis verbis cognoscere poterit, ad quam interea P. vestram relegare, quam toties eadem inculcare malumus, ne de diligentia ipsius dubitare

---

[1]) Wincenty Portico.

videamur. Pauca autem illa, et non multa, nec ardua, ideo tunc P. vestrae perscripseramus, tum ut ne multitudine earum rerum, quae perscriberentur, negotia nostra, quod hactenus fere fiebat, perturbemus, et rem in alios duodecim totos annos extrahamus; tum ut ne difficultate earum rerum animum P. vestrae absterreamus, ad quam potius quam ad quemquam alium hanc ejusmodi provinciam deferendam existimavimus, quod sperabamus illius opera et citissime nobis omnia et, quod caput est, quam secretissime confectum iri: quae cum sint quasi reliquarum omnium rerum fundamenta, quae deinceps majoris auctoritatis et prudentiae indigebunt, volebamus laudem hanc P. vestrae tribuere, ut illa potissimum administra, non minus in fundamentis causae jaciendis quam in reliquis aedificationis partibus absolvendis, usi fuisse videamur. Itaque ubi jam per Dei gratiam motum hunc proprium S. D. nostri obtentum esse intelligimus, debebit P. vestra a nobis aliam uberiorem et pleniorem instructionem exspectare, quam nos quidem non prius fere P. vestrae dare posse videmur, quam et de transmisso hoc motu proprio in Hispanias et de ratione responsi S. Hispaniarum Regis ad ea, quae S. ejus partim a nobis, partim a S. D. nostro scripta sunt, cognoscamus. Tunc enim ex re praesenti consilium nos capere oportebit. Interea nec nos certi quicquam P. vestrae possumus, nec ipsa Volscio Internuntio aut cuiquam agentium nostrorum praescribere quicquam debet, quod ad causam principalem tractandam pertinere videatur. Omnia enim pendent ex eo, quod S. Hispaniarum Rex ad litteras S. D. nostri et nostras respondebit. Satis erit si P. vestra Volscium admonuerit, motum ipsum proprium mitti in Hispanias; ut in eam occasionem intentus sit, ut, cum redditus fuerit S. Regi ipsi, possit eodem quoque tempore de responso ad litteras nostras urgere; sic enim illi scripsimus. Cetera, excepta causa principali, si quid est, quod a Volscio agi curarive secundum formam mandatorum et voluntatis nostrae oportere existimat, de eo Volscium quam plenissime faciat certiorem, omissis interea reliquis, quae ad Volscii curam

nihil attinent. Quam eandem rationem a P. vestra cum reliquis quoque Agentibus, Internuntiis nostris teneri volumus: ut non plus cuiquam consiliorum nostrorum aperiat, quam quantum a quoque eorum curari aut in executionem deduci velit, nunc praesertim antequam de animo S. Hispaniarum Regis certi aliquid cognoscimus. Atque nos hoc quidem eo consilio facimus, non quasi de fide cujusquam nostrorum dubitemus, sed ne occasionem praebeamus hominibus curiosis eludendi consilia factaque nostra, ante etiam quam ea inchoentur. Id quod et pleraque ejusmodi ex superioribus nostris litteris plenius P. vestra cognovit. Non est autem, quod propterea P. vestra circumscribi facultatem suam existimet in gerendis negotiis nostris. Quo enim magis omnia consilia nostra penes illam solam remanere, ad nullos alios permanere volumus, hoc magis intelligere debet, tantum sibi tribui a nobis, quantum nemini alteri. Non est item, quod queratur, non permitti sibi discedere ab instructione. Nam et hoc diserte in plerisque epistolis nostris dicitur, suo nomine quominus et agat et loquatur P. vestra, quod causam ipsam requirere judicaverit, nullo mandato nostro prohiberi, prohiberi tantum agere aut loqui praeter instructionem nostro nomine. Quod ipsum tamen quoque non eam vim habet, ut a verbis instructionis ne discedat, sed ut ne discedat a sententia, qua quidem manente integra, verborum curam minorem ducimus. Quo magis miramur in praescribenda forma motus proprii, a verbis instructionis nostrae discedere P. vestram ausam non fuisse. Praesertim si quid erat, quod, ut scribit ipsa, magis urgere videretur. Quamquam nos quidem in eo, quod scriptum est et quemadmodum scriptum est, abunde acquiescimus. Et quoniam motus hic proprius obtentus est, poterit P. vestra, aliquanto etiam liberius quam antea, suo nomine cum quibus expedire existimaverit, de rebus his nostris agere, sed ita tamen, ne uspiam consilia nostra proferat, quae a nobis ad illam perscribuntur. Cum suo nomine, quae volet, egerit, omnes audiat, omnium sententiam cognoscat, atque adeo, si videbitur, etiam

exquirat et ad nos perscribat: suam autem ne temere aperiat, dissimulatis semper consiliis nostris, ne .....[1]) praeberi videatur ea inficiendi sive malignitate sive hominum curiositate, supressis etiam semper nostris litteris, nisi si quae sic perscriptae essent, ut non soli P. vestrae scriptae esse videantur. Atque nos quidem ejus rei non idcirco toties P. vestram admonemus, quasi sit aliquis, qui eam, ut scribit ad nos, sive hoc sive alio nomine detulerit, sed ideo, ut P. vestra intelligat, quam caute et secrete in hoc negotio procedendum esse existimemus, in quo per haec tempora vix ulla res alia in tantam fraudem nos adduxit, in quantam adduxit nos tum aperta ipsa natura nostra, tum eorum etiam hominum sermones, minime necessarii, qui praefecti hactenus negotio huic nostro modum orationis suae inter externos homines tenere nescierunt. A quorum ingenio etsi abesse P. vestram novimus, tamen, quod nos maxime premit et quod causae nostrae conducere maxime arbitremur, dissimulandum nobis apud P. vestram esse non existimavimus. Nunc, uti quidem rem hoc tempore habere se intelligimus, optima omnia causae nostrae ominamur. Haec de iis, Federico Papacodae sumptum in litem adversus Barrabam praestari P. vestra de nostro jubeat, secundum ea, quae Clodinio ante mensem unum scripsimus, Mastrillo [2]) item, quantum scribit. Setario item in viam, si quidem adventum illius necessarium esse judicat. De numerando Vicerege deliberabimus; et sane vix credimus hominem eo loco, ea opinione justitiae, ea denique aetate, iis ejusmodi rebus moveri posse: tum autem etiamsi iis moveatur, nobis tamen cogitandum esse putaremus, an ad eas artes ejusmodi confugiendum nobis esse existimemus, quod nos quidem etiam ipsum conscientiae P. vestrae examinandum relinquimus. Interim de levandis presbyteris P. vestrae Prussicis ab onere contributionis, quantum maxime poterimus per leges et constitutiones publicas, cogitabimus: ut res in tanta inaequa-

---

[1]) nieczytelne.

[2]) Felix Antoni Mastrillo.

litate constituta ad aequalitatem aliquam revocetur, et ut egentium hominum, ac cum sua ipsorum fortuna conflictantium, ratio aliqua habita fuisse videatur. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae 18 Junii 1570.

LXXIX.

Sigismuudus Augustus etc.

Clodinio.

Venerabilis d. n. d. Causam argenti et causam expilatae haereditatis pilnie wam zalecamy, żeby nic in praejudicium ich nietylko się nie stało za jaką niepilnością, ale żeby się w tem tak nam posłużyło, jakobyśmy za co-Adwokatom i wam dziękować i łaską naszą nagradzać mieli; jakoż do tych czasów widzimy, iż na pilności waszej nie schodzi, a my was też stąd co będzie mogło być in causa argenti podeprzeć każemy. Domu w Neapolim nie chcemy, tak jakośmy wam też to pierwej znać dali; wolimy swoje pieniądze, jeśli się tam jakie na tym domie nasze pokażą. Wódki florum genestrae i kopii przywileju Castagnari [1]) od was czekamy. Czekamy też i tego, co się tam z Lampognanem dziać będzie. Skryptury, któreście nam posłali, mieliśmy wszystkie. Takież i liczbę X. Ticinową i waszą, którycheśmy jeszcze przejrzeć nie dali. Intratę z Dohany abyście co najrychlej mieć mogli w ręku, starajcie się, bo póki to nie będzie, póty jeszcze nie widzimy pożytku żadnego tego tak rzkomo rychłego assignamentu. Gdy będą w ręku, Soderynom przed inszemi zapłaćcie, wedla mandatów naszych, które pokażą potem inszym, jako się komu naznaczyło. Pamiętajcie, iż już Fogliola [2]), ten co był w Hiszpanii, jest przez nas revocatus et a servitiis nostris dimissus, tak iż mu pro-

---

[1]) Flaminiusz Castagnaro.

[2]) Bernard Fogliola, były Sekretarz Poselstwa w Madrycie; drugi zaś, Hieronim Fogliola był Agentem Zygmunta Augusta w Wenecyi.

wizyi jego dawać więcej potrzeba nie będzie. Pamiętajcie też posłać stamtąd do Rzymu do rąk X. Kardynała processum contra Camillum de Rossis de homicidio in regno illo perpetrato. Insze rzeczy tak, jakośmy wam przedtem pisali.

Dat. Varsaviae die 18 Junii A. D. 1570.

LXXX.

Sigismundus Augustus etc.

Volscio.

Generose f. n. d. Mieliśmy listy od was z Korduby, skądeśmy wyrozumieli, żeście już na tamtym dworze, i żeście już tak K. J. M. jako inne pany odwitali. Co Boże daj, aby było szczęśliwie rzeczom naszym. Na ten czas dano nam tę sprawę z Rzymu, iż już on list in negotio nostro principali od Ojca Św. do K. J. M. Hiszpańskiego pisano, a snać i posłano, na który oczekiwając, kazaliśmy się wam byli zadzierżeć, upominać odpisu na list on nasz jeden ze dwu, któreśmy wam byli posłali: włoski i łaciński do Króla J. M. Acz i tego do tych czasów nie wiemy, jeśliście je już albo który z nich Królowi J. M. oddali. A tak, jeślibyście jeszcze nie oddali, tedy oddajcie bez mieszkania, czas upatrzywszy. Jeśliście oddali, tedy dowiedziawszy się od Posła Papieskiego zdaleka (jakobyście wy o tem nic nie wiedzieli), jeśli już ten taki list od Ojca Św. przyszedł do ręku jego, a jeśli już oddan jest K. J. M., tedy wy, w imię Boże, pocznijcie się upominać responsu na pisanie nasze od K. J. M. A interim dajcie nam znać, jako je Król J. M. przyjął. Item odeślijcie nam drugi list nazad, jeśliście jeden tylko K. J. M. oddali. In causa principali na ten czas nic więcej nie czyńcie, aż nam K. J. M. odpisze, a my potem wam damy znać albo przez list swój, albo przez X. Kardynałów, co będziecie dalej mieć czynić. Interim nie wadzi

się tam starać, jakośmy wam pisali, aby K. J. M. rozkazał in causa expilatae haereditatis ex officio przeciw Papagodzie procedować, gdyż to nie nowa rzecz, ale ta, którą było tedyż po śmierci nieboszczki matki naszej tamże w Neapolim zaczęto, gdy podskarbi onej korony ex officio o tęż rzecz, to jest o tęż expilationem téjże haereditatis matris nostrae począł ex officio procedować. A używajcie w tej mierze pomocy tych tam, którzy, jako nam piszecie, okazują się nam życzliwemi. I dlatego posyłamy i teraz wam w ręce listy nasze do nich, dziękując im za to ofiarowanie, tak jako z kopii listów wyrozumiecie. Mówił też z nami niektóre rzeczy X. Podkanclerzy, jakoby się wam widziało, żebyśmy mieli popierać tego ofiarowania Gomezowego [1]) i innych tam tych urzędników upominki naszemi. O czem damy wam potem szerzej znać wolę naszą, wyrozumiawszy z listu a z odpisu K. J. M., na którą się stronę rzeczy chylić będą. Na ten czas czyńcie im in genere dobrą otuchę łaski i szczodrobliwości naszej, gdziebyśmy z skutkiem jakim znacznym życzliwości ich doznali. Wszak piszecie, iż dobrym i dobrego sumienia ludziom ta rzecz jest przez K. J. M. zlecona. To tak na ten czas je w dobrej nadziei zatrzymajcie, aż wam co pewniejszego napiszemy w tej mierze. W rzeczach naszych statecznie się tam sprawujcie, consilia nasze, które do was piszemy, w tajemności mając, a ich nie publikując. Jakoż w tej i w każdej mierze, o stateczności waszej rozumiemy. Radzi też to widzimy, iżeście skryptury wszystkie do rąk swoich odebrali, których skryptur poślijcie nam inwentarz albo regestr co najrychlej. Insze rzeczy, jakośmy wam dawno pisali.

Dat. Varsaviae 18 Junii 1570.

---

[1]) Ruy Gomez, Minister Króla Hiszpańskiego.

LXXXI.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni,

Volscio.

Generose D. amice charissime. Radem tej nowinie, żeś W.M. wszczęściu, w zdrowiu na to tam miejsce i na ten dwór przyjechał. Życzyłbym, aby tak fortunnie, żeby sprawy K.J.M. za tem przyjechaniem W. M. szły co najlepiej. Czytałem list W. M. Królowi J. M., na który quae sit sententia Majestatis ipsius, z listu J. K. M. wyrozumiesz W. M. Nie widziało się natenczas dalej K. J. M., aby się z czem otworzyć miał, jedno jako W. M. z listów J. K. M. do siebie i do tych panów, na których tam należy, wyrozumiesz. To też rad słyszę, iżeś W.M. spełna skryptury odebrał, których tu W. M. do kancellaryi zarazem inwentarz poślij. Insze rzeczy z listu J. K. M wyrozumiesz W. M. Przyślij nam tu W. M. wszystką expedycyę swoję, którąś miał W.M. odjeżdżając z Knyszyna, bo się gdzieś zawieruszyła na on czas pod chorobą P. Doktora Patrycego. Poślij też W.M. i tytuły tam tych panów, do których się podczas pisać musi stąd w sprawach J. K. M. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae 18 Junii 1570.

LXXXII.

Idem.

Cardinali Varmiensi.

J. et R. in Christo pater ac D. D. observandissime. Obsequiorum meorum commendationem. De rebus aliis ex litteris R. Majestatis I. P. vestra abunde cognoscet. Instructionum formam mutatam esse a veteri mirari non debet, in tantam

omnium rerum immutatione. Tum autem quoque intelligere debet, non omnia penes me unum esse, nunc praesertim, cum Majestas illius omnibus propemodum negotiis ipsa moderetur, cui necessario est concedendum, maxime autem in hac Barensi causa, quae propria ac peculiaris est Majestatis illius. De provisione I. P. vestrae quod quidem anticipationem temporis attinet, non despero me posse obtinere, de quo faciam primo quoque tempore I. P. vestram certiorem. Quod autem attinet de ducatis Hungaricis, qui vere ducati esse dicuntur, I. P. vestrae pro ducatis communibus Neapolitanis numerandis non video tempus esse opportunum, non solum quod restrictiores facti simus, sed etiam multo magis, quod hoc tempore S. R. Majestas non modo non est adjuta a subditis ad dissolvendum aes alienum, verum etiam videntur illi, praeter opinionem, quaedam ejusmodi detracta esse, quae illa pro suis ducebat. Itaque aliam occasionem prorsus duxi esse exspectandam: cui quidem etiam non deero. Egi et de subditis ac praesertim de Clero I. P. vestrae cum Majestate Regia, ut contributione insolita levetur. Itaque injunxit Majestas illius mihi, ut de iis ad Senatum referretur, se postulatis I. P. vestrae, quantum in se est, defuturam non esse. Verum hactenus quidem propter occupationum aliarum difficultatem summam referri nihil potuit. Referetur tamen a me, quamprimum per alia negotia licuerit et dabitur opera, ut vel clerus saltem a contributionibus tam duris liber pronuntietur, ac res ipsa ad aequiorem aestimationem reducatur. His diebus auctor maximus ac praecipuus ocreae illius Sendomiriensis mortuus est Palatinus Cracoviensis [1]): cujus morte ocrea ipsa, quae, ipso etiam vivente auctore, situm contrahere coeperat, facile putrescet: quamquam quod Majestatem Regiam attinet, non obscure semper prae se tulit, veteribus suis et usitatis indumentis contentam se esse, cothurnos ejusmodi, utroque pedi tam confessionario quam sacramentario aptos, minime omnium desiderare. De sumptibus

---

[1]) Stanisław Myszkowski.

I. P. vestrae bene habet, quòd et ego, quae putabam I. P. vestrae interesse, pro mea observantia admonui, et illa in eam, in quam scribebantur partem optimam accepit. Esse equidem ejus rei usus ille poterit, quod et I. P. vestra, si quid est, quod emendatione indigeat, emendare poterit et ego etiam, si quis sit deinceps, ut deesse apud nos non solent, qui I. P. vestram profusionis minime necessariae accuset, habebo, quod ex parte illius possim respondere. Nepotem meum cum I. P. vestra esse audio [1]), in quo gratiam et benevolentiam I. P. vestrae facile agnosco. Ac ceperam quidem nonnihil molestiae ex facto ipsius, quod Jesuitas reliquisse praeter I. P. vestrae et aliorum consilium dicebatur, nunc cum intelligo ipsum, quod a Jesuitis abiisset, valetudini dedisse ad aulam autem I. P. vestrae se contulisse, aequius fero. Si quid erit, in quo vicissim I. P. vestrae servire possim, fecero omnia non invitus. Commendo me et obsequia mea I. P. vestrae, quam optime valere cupio.

Dat. Varsaviae 18 Junii A. D. 1570.

LXXXIII.

Idem.

Clodinio.

R. D. amice charissime. Okrom tego, co się pisze w liście K. J. M., nie wiem, co więcej na ten czas pisać W. M., zwłaszcza żem też i przeszły tydzień pisał extra ordinem W. M. O tego Krupkę [2]) i teraz tak rozumiem, jako zawzdy, iż go mo-

---

[1]) Wspomina tu Ks. Podkanclerzy o synowcu swym Janie Krasińskim, synu Jędrzeja, który był później Kanonikiem Krakowskim i Gnieźnieńskim i Sekretarzem Króla Stefana Batorego. Ten sam jest autorem poematu wydanego w Neapolu 1572 r. na śmierć Zygmunta Augusta i dzieła opisu Polski „Polonia" wydanego w Bononii 1574 r.

[2]) Franciszek Krupka, wysłany przez Króla Zygmunta Augusta na początku 1570 r. jako Agent do Neapolu.

żesz tam W. M. dobrą posługą mieć in negotiis R. Majestatis, bo jest człowiek dobry i skromny, który nietylko niewnijdzie w konkurencyę jaką z W. M., ale będzie czynił w posługach K.J.M. wszystko, co mu W. M. rozkażesz. By były listy W. M. dawniej zaszły, mogłoby się było i temu zabieżeć. Teraz już próżno, bo widzę, że i K. J. M. dziwnieby to przyjmował, ponieważ to samego J. K. M., a nie Latercyanowe [1]), jako W. M. mniemasz, ani czyje insze motivum było. Wódkę poślij W. M. J. K. M. ex floribus genestrae. Et bene valeat.

Dat. Varsaviae 18 Junii A. D. 1570.

LXXXIV.

Idem.

Ticinio.

R. D. amice charissime. Jako mi to poczęło było być dziwno na synowca mego [2]), iż mimo zdanie W. M. ruszył się był od Jezuitów, tak teraz, gdy rozumiem, iż to dla zdrowia swego był uczynił, a iż przy J. X. Kardynale [3]) mieszka, na wszystkiem przestaję. Za co też i sam przez list swój J. X. Kardynałowi dziękuję, i żebyś W. M. J. M. podziękował, proszę. Co się tycze pieniędzy J. X. Kardynałowych, które tu stąd ma miewać, aby tu były oddawane K. J. M., a na to miejsce żeby tam J. M. z Neapolim płacono, puszczając insze rzeczy na stronę, tedy dla tej samej rzeczy widzę, iż ta rzecz dojść nie może, żem tego pewien, iż J. K. M. nie da dukatów Neapolskich żadną miarą za talery tuteczne, bo wiesz W. M., iż je inaczej płacą J. K. M., chociaż przedtem tak bywało, jako W. M.

---

[1]) Antoni Laterciani.

[2]) Ks. Jana Krasińskiego.

[3]) Przy Ks. Stanisławie Hozyuszu, który przebywał wówczas w Rzymie.

piszesz. To rad słyszę, iż J. X. Kardynał jest tak gratiosus tam u tych ludzi, jako W. M. piszesz, bo tego i J. M. samemu ex animo życzę i baczę, iż też to tak K. J. M. sprawom, jako i narodowi wszystkiemu naszemu pożyteczne być może. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae 18 Junii A. D. 1570.

LXXXV.

Idem.

Fogliolae [1]).

Generose domine, amice charissime et honorande. List J. O. Doży [2]) waszego przedstawiłem i przeczytałem Jego Królewskiej Mości Panu memu Miłościwemu. Posyłam odpowiedź W. M., którą oddacie według przyjętego zwyczaju w tej rzeczypospolitej. Pozostaję zatem z niezmienną życzliwością dla W. M. M. pana [3]).

LXXXVI.

Libertas data oppido Ostroviensi.

In nomine domini. Amen.

Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam rerum humanarum labilis est memoria, nisi litterarum beneficio ab oblivionis injuria vindicentur. Proinde nos S. Augustus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae etc. dominus et haeres. Significamus tenore praesentium, quibus expedit, universis praesentibus et futuris harum notitiam habituris, eo semper nos, cum primum essemus divina clementia admoti Regni nostri

[1]) Hieronim Fogliola.

[2]) Ludwik Mocenigo, obrany został Dożą na początku tegoż 1570 roku, po śmierci Piotra Loredano.

[3]) Przekład z włoskiego.

gubernaculis, fuisse erga fideles subditos nostros animo, ut commodis illorum quam maxime consultum iri cupierimus, eodem affectu, eadem voluntate et gratia omnes et singulos oppidi nostri Ostrovia [1]) incolas subditos nostros in praesentia prosequi instituimus, eisdemque respectu aliarum civitatum et oppidorum nostrorum libertates et immunitates, ut eo facilius incrementum rerum suarum recipere, easque in meliorem, eumque tranquilliorem deducere possint statum, dare et largiri proposuimus ex gratia et benignitate nostra regia nobis innata, perpetuis temporibus duraturas. Primo si quidem damus eisdem subditis nostris Ostroviensibus facultatem, more aliarum civitatum et oppidorum nostrorum, omnes et singulas causas, tam magnas quam parvas inter cives, videlicet furti, homicidii, incendii, membrorum mutilationis, violentiae, stupri, falsae metretae, ponderis et mensurae, ceterorumque vitiorum, criminum et delictorum, quocumque nuncupentur nomine et vocabulo, cognoscendi et decidendi, excessus corrigendi et compescendi, maleficos et delinquentes pro ratione delicti puniendi, poenam seu mulctam imponendi et exigendi, aliaque, quae ad pacem et tranquillitatem publicam conservandam ad bonumque regimen et ordinem pertinent, faciendi, judicium et vindictam tam in rebus, quam in personis, cujuscumque status, conditionis et praeeminentiae exstiterint, modo et forma in jure communi praescriptis sumendi, oppressiones et violentias reprimendi et rationabiliter propulsandi, idque agendi et exercendi, quod jus Culmense et statuta Regni nostri deposcunt et requirunt. Praeterea damus et largimur eisdem subditis nostris, ut liceat ipsis cum omni mercium genere omnia et singula loca, civitates et oppida Regni nostri peragrare, in eisque res quaslibet mercari, emere, vendere et exponere ac in eisdem, quamdiu ratio rerum illarum exigeret, stare et commorari, seque inde subducere et abire, absque ulla

---

[1]) Odnosi się ten przywilej do miasta Ostrów czyli Ostrowie (Ostrovia), położonego w Województwie Mazowieckiem.

telonei et foralium exactione et solutione. Insuper, artifices ejusdem oppidi nostri incolas, cum omnibus et singulis eorum laborum rebus, quas venum ubicumque locorum Regni nostri exposuerint, a solutione teloneorum et foralium eximimus penitus et absolvimus. Item majore eosdem subditos nostros prosequendi gratia et ejusdem oppidi nostri Ostrovia, meliorem facere volentes conditionem, permittimus ipsis, ut possint balneum in fundo civili exstruere censumque ex eo pro utilitate ejusdem oppidi communi convertere. Item concedimus eisdem oppidanis nostris Ostroviensibus tonstrinam seu officinam tonsoriam et pondus seu stateram more aliarum civitatum et oppidorum Regni nostri habere, ex eisdemque tonstrina et statera censum percipere, illudque in commune ipsius oppidi commodum collocari et convertere. Item institas alias *Budki* permittimus eisdem in foro ejusdem oppidi construere et censum ex illis provenientem in fiscum publicum ipsius oppidi conferre et convertere. Item, permoti supplicationibus eorum, consentimus, ut equos seu podvodas non cogantur dare, nisi iis, qui litteras nostras habuerint de ejusmodi data, cujus tempus nondum exspiraverit, et nonnisi iis, qui prius pecuniam numeraverint, secundum constitutionem publicam in conventu Varsaviensi emanatam. Quae omnia et singula praemissa, ut robur debitae firmitatis obtineant, praesentis sigilli nostri appensione jussimus et fecimus communiri.

Dat. Lublini die 10 Junii 1570. (Sic scriptum, revera autem Dat. 22 Junii 1570.)

LXXXVII.

Mandatum iisdem Ostroviensibus datum.

Sigismundus Augustus etc.

Universis et singulis, Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Advocatis, Proconsulibus, Consulibus ac aliis quibuscumque digni-

tariis et officialibus, tam terrestribus quam civilibus, praecipue vero teloncorum Praefectis, vel notariis, exactoribus et aliis quibuscumque, ad quos praesentes nostrae litterae pervenerint, subditis nostris s. et f. dilectis. Gratiam nostram regiam.

Magnifici, Generosi, Nobiles, Famati s. et f. n. dilecti. Concessimus oppidanis nostris Ostroviensibus libertatem, more aliorum quorundam oppidanorum nostrorum, ad omnia loca, civitates, oppida Regni nostri, cum mercibus et operibus suis artificialibus commeandi, ibique vendendi, emendi, mercandi, absque ulla telonei et foralium exactione ac solutione: idque ea potissimum ratione adducti fecimus, ut oppidum illud, per quod nos frequentissime ultro citroque iter facere solemus, aliquod rerum suarum incrementum ex benignitate et liberalitate ejusmodi nostra percipiat. Itaque quoniam libertates et privilegia frustra concederentur, nisi etiam iis, quibus conceduntur, observentur, S. et F. vestris mandamus serio, ita et non aliter habere volentes, ut hanc ejusmodi libertatem, Ostroviensi oppido per nos gratiose concessam, integre inviolabiliterque conservent, et ab oppidanis ipsis Ostroviensibus nihil nomine telonii aut foralium exigant exigique permittant, sed eos liberos ab ejusmodi solutione dimittant. Solius tamen finitimi telonii solutione salva semper manente. Aliter S. et F. vestrae ne fecerint. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae 22 Junii A. D. 1570.

LXXXVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Commendono.

R. in Christo patri &c.

R. in Christo pater, amice noster charissime et honorande. Reddidit nobis litteras P. vestrae Venerabilis et reli-

giosus vir Stanislaus Varsovicki, cum Vilnam contendens Varsavia iter faceret. Eum nos cum vel ipsius propriae, vel ejus, in quam se dedit, societatis honestissimae, vel denique P. vestrae causa, cujus nobis litteris commendabatur, libenter vidissemus etiam pro concione verba facientem audivimus, et spe gratiae ac benevolentiae nostrae confirmatum a nobis dimisimus. Non dubitantes id, quod nobis P. vestra omni asseveratione confirmare videtur, adventum hunc ipsius et societatis ipsius in illas regiones ditionum nostrarum optatos reipublicae nostrae fructus esse allaturum. De rebus nostris etsi complura ex litteris R. D. Cardinalis Varmiensis nostri intelligimus, tamen litteras P. vestrae iisdem, vel etiam aliis de rebus ad nos scriptas libenter admodum lecturi sumus. Bene valere P. vestram cupimus.

Dat. Varsaviae 26 Junii A. D. 1570.

LXXXIX.

Sigismundus Augustus etc.

Episcopo Posnaniensi [1]) et L. Podoscio.

R. in Christo pater, sincere et venerabilis d. n. d. Jeśliby w tych sprawach i traktaciech, około Królewicza J. M. Węgierskiego [2]) obaczyliście, iż się rzecz zanosi na to, jakobyśmy my za Królewicza J. M. ręczyć mieli i na się wziąść to, żebyśmy mieli praestare eventum pacificationis istius, tedy sami z siebie wszelakim obyczajem uczciwym tego przestrzegajcie, jakobyście nas w żadne rękojemstwo nie wdawali, i owszem wszystką rzecz jeszcze przed czasem do tego końca prowadźcie, jakoby ktemu nie przychodziło, żeby to na nas kłaść, albo

---

[1]) Adam Konarski, Biskup Poznański, wspólnie z Łukaszem Podoskim wysłany był na sejm Rzeszy do Spiry. Patrz wyżej na str. 91 list Franciszka Krasińskiego do tegoż Konarskiego.

[2]) Jan Zygmunt Zapolya.

w tej mierze pisać do nas miano; gdyż jest rzecz niebezpieczna w takowe się nam rzeczy wdawać. A jeśliby więc was w tem co dotkniono, tedy bonis et dignitati nostrae convenientibus modis sami z siebie, jakośmy już powiedzieli, temu skutecznie zabiegajcie. A to, co wam w tej mierze piszemy, wszystko u siebie tajemno miejcie. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae 27 Junii 1570.

XC.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater s. n. d. Intelleximus ex litteris P. vestrae 27 Maji et 3 Junii ad nos datis pleraque, quae nobis magnopere probantur. Inter cetera autem de obtento et jam in Hispanias misso motu proprio S. D. nostri, a quo nos non temere, ut arbitramur, suspicari negotium hoc per P. vestram voluimus. Cum enim hactenus nihil aliud, quam totos 13 annos differremur variis hominum consiliis, modo spem ostendentibus, modo metum mentientibus, voluimus finem aliquando his rebus imponere et ad fontem ipsum recurrere, qui ut se nobis dederit, ita deinde ad tractationes aut concordiae, quo nos a multis vocari P. vestra scribit, constituendae, aut vero juris nostri persequendi, convertemur, atque tum in ea re consilio P. vestrae libenter utemur. Interim P. vestra indignitates, quibus Neapoli affecti sumus, ubi volet et quam longissime volet, exponat Cardinalibus, Principibus, Oratoribus, Agentibus, Viceregibus et denique quibus volet, sed suo nomine, eosque ad complectendam causam justam eodem nomine inflammet, quantum volet, et denique quicquid ad causam eandem facere existimaverit, id quam volet copiose eodem nomine persequatur. Id enim facere non modo non prohibuimus, sed etiam hortati sumus etiam atque etiam P. vestram.

Consilia nostra duntaxat occulta esse et voluimus et volumus, ea praesertim, quae exitum suum nondum sunt consecuta. Scribere etiam ad quos velit et permisimus P. vestrae et permittimus, nisi quod in exemplis, quae ad nos miserat, nonnulla emendanda esse diximus. Ad ipsum modo regem ne scriberet, dum nos et S.D. noster scribimus, admonuimus; nunc cum scripsimus, non vetamus ea praesertim, quae ad informandam conscientiam Serenitatis ejus [1]) pertinebunt. Sed de his et aliis ejusmodi rebus, superioribus nostris litteris plus satis diximus: quae omnia, non dubitamus, P. vestram summa, uti solet, diligentia sua esse confecturam. Illud addimus, ut P. vestra R. D. Cardinali Tridentino agat gratias de tanta animi promptitudine, quantam P. vestrae litterae nobis significant: dicat, studio et benevolentia P. ejus libenter nos usuros esse per omnem occasionem. Plane enim, quo judicio erga P. ejus P. vestram esse videmus, eodem ipsi sumus. Articulos, de quibus interrogari debeat Marina, quos mittere se scribit P. vestra, non habuimus. Mastrillum examinari extra ordinem si non juvat, non obest certe quidem. Sic enim et testes in officio facilius continentur, et memoriae eorum magis consulitur et multas alias commoditates haec eadem ratio continet. Sic Barrabas noster causam argenti obtinuit. Sic multi alii. Et ut nihil aliud, certe ad permovendum S. Regis Hispaniarum animum, multum momenti ea res est habitura. Setarius ipse quoque in quibusdam suis litteris agnoscit, multa inesse in hac extraordinaria examinandi ratione commoda. Nisi quod idem putat, tamen privatis litteris Mastrilli, quibus is fidem suam pro testimonio nobis obstrinxisse dicitur, satis rei nostrae consultum esse. Quod non est ita. Quid enim? si moreretur? Quid? si quid libet, pro testimonio diceret? certe fidem is suam exsolveret, nobis aut causae nostrae utilitatem nullam afferret. Litterae enim ipsius obstringunt fortassis hominem, ut dicat quispiam pro testimonio, cum legitime citatus fuerit; non ostendunt, quid

---

[1]) Filipa II, Króla Hiszpańskiego.

aut velit aut possit dicere, nec cogunt hominem, ut de eo, quod nunc forte cogitat in rem nostram, postea mutare non possit: quibus omnibus rebus extraordinaria illa examinandi ratione satis providetur. Malvecium [1]), quem nobis P. vestra commendat, habemus commendatissimum, curabimus autem, quantum maxime fieri poterit, ut commendationis P. vestrae suo tempore fructus ferat. Nunc enim comitialibus istis negotiis toti immersi sumus. Interea juvet ipsum istic P. vestra in omnibus rebus justis nomine nostro, ubi opus erit, ut sentiat tamen patrocinio nostro in rebus justis destitutum se non esse. Quae P. vestra scribit Cracoviae in aede S. Francisci contigisse, ea cum a subdito quodam R. D. Episcopi Cracoviensis perpetrata sint, a Sin. ejus vindicari debent. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae secunda Julii 1570.

XCI.

Sigismundus Augustus etc.

Clodinio.

Venerabilis d. n. d. Co się tycze pieniędzy, tak wam odpisujemy, naprzód abyście prowizye każdego wedla obyczaju i rozkazania naszego zapłaciwszy, ostatek wszystek, coby nam jedno do rąk przyjść miało, Soderynom a nie komu innemu oddali, bośmy my od nikogo innego, jedno od Soderynów na tę ratę teraźniejszą pieniędzy żadnych nie brali. Na dubia, które macie około prowizyi, dziwujemy się, iż lada jakie pretendencye przedsiębierzecie, a nas temi rzeczami niepotrzebnie już po kilkakroć zabawiacie. A tak w tej mierze to jest rezolucya nasza. De Fabio Marchese potrzebujemy lepszej informacyi. De Montio [2]) był do tych czasów mandat do Agentów

---

[1]) Emil Malveci.

[2]) Ludwik Monti.

naszych, jako mu płacić mieli i wedla tego mandatu płacił mu Stempowski [1]), i wy nie inaczejbyście byli płacić mieli. Lecz i teraz nowo, jakoście z listu naszego de data 8 Maji wyrozumieli, na przyczynę niektórych z Rady naszej, poprawiło się mu prowizyi, tak iż miasto dukatów pospolitych Neapolskich, skudy mieć ma, tedy skudy mu dawajcie na czasy zwykłe, począwszy a die 8 Maji anni praesentis. Camillo Brancatio wedla przywileju jego dawajcie, bo sami znacie, iż przywilej mówi, że się ma poczynać prowizya jego a nie kończyć od tej wielkiej nocy przeszłej. Takież o Castaldową [2]) prowizyę, jaśnie przywilej jego mówi, iż a data die 11 Novembris 1569 już nie ma brać więcej rat na rok ani inszych ani większych, jedno dwie racye, jedne na wielką noc 1400 dukatów, a drugą na Św. Marcin takież 1400 dukatów. Toć tu dubium żadne być nie może, jedno pamiętajcie, iż mają być dukaty communes. Bernarda Fogliolę co się dotycze, naprzód to wiedzcie, żeśmy go rewokowali z Hiszpanii jeszcze 14 Octobris 1569, a iż był natenczas nie wyjechał zarazem, tedy zasię teraz rewokowaliśmy go die 29 Maji. A tak pamiętajcie to, abyście wiedzieli, jako mu płacić macie a póki; bo mu już po rewokacyi naszej płacić nic nie trzeba. Co się tycze dubium waszego, po czemu płacić mu skudy macie, tedy się w tem dzierżcie sposobu predecessorów waszych. Co się tycze complementum za dni kilka a Calendis Maji ad Idus Maji, tu nie baczymy inaczej, jedno iżby szło o jeden rok tylko, id est de quindecim diebus tantum unius anni, boć sequentibus annis, jako mu raz poczęto płacić a medio Maji, tak mu zawzdy płacono potem. A wszakże o tem, gdy sam przyjedzie do Wenecyi, będzie się mogła lepsza rezolucya dać, jeśliby na tej nie przestawał. Co się tycze Montelupi, to snadne dubium. Dukat nam tu płacą per cambium 35 grossis cum medio, a taler idzie za 33 grosze, dawajcież wy Montelupiemu za każdy taler du-

[1]) Paweł Stempowski.
[2]) Jan Alfons Castaldo.

kat, odjąwszy od każdego dukata groszy 2½. A to co się tycze pieniędzy i takież dubia waszych .....[1]) O potomku M. Antonii Curti dajcie nam znać, jakoście się z nim obeszli, jeśli na pisanie nasze destitit, czyli co inszego myśli. Co się tycze processu in causa Camilli de Rossis, to jest widzenie nasze, iż gdziebyście wy rozumieli, iżby lepiej tego processu tak zaniechać, tedy jeśliby go on popierać chciał, obiecujcie mu exceptionem haeresis, dla której audiri in judicio non debet. Ale gdziebyście wy baczyli, iż rebus nostris conducit, aby w niej procedowano, tedy mu możecie otrzymać absolutionem ad hunc actum tylko, aby się proces przeciw niemu kował. Causam argenti, tak baczymy, iż poczynacie mieć pro desperata, na której nam siła należy, bo to srebro, które jest Papagodzie inique adjudykowano, nie małą sumnę wynosi, a przegrało się niedbałością naszych, a ubezpieczeniem głupiem, jako się z listu samego Stempowskiego nieboszczyka pokazuje, który do nas pisał zarazem po sentencyi. I nie przyjmowaliśmy my tego wdzięcznie od Stempowskiego, tak jako się to z listów naszych do niego pokazać może. Lecz jeśli causa tak jest desperata, tedy jej było zarazem ani poczynać, a jeśli się raz przegrała, ponieważ tam inferiorum subselliorum sententiae a superioribus nigdy nie retractantur, tedy było nie appellować, a kosztu i pracy nowej nie nabywać. Lecz w tej mierze to jest rozkazanie nasze, abyście Adwokatom bonis modis perswadowali, żeby tej kauzy nie mieli tak bardzo za causam desperatam a żądali ich, ut, collatis consiliis et provisis omni ex parte probationibus ex parte nostra, et eversis probationibus partis contrariae, starali się apud judicium ultimae istius instantiae, jakoby się causa tam male affecta dźwignąć mogła, nietylko nadzieją mutationis quorundam judicum, jako wy piszecie, ale też zdobyciem na probacye, których zgoła podobno żadnych nie indukowano na on czas ze strony naszej. Tak rozumiemy, gdzie się Adwokaci i wy też za to potężnie jąć chcieć będzie-

[1]) opuszczone.

cie, iż tę kauzę za pomocą Bożą wygramy. Bo my też tu podamy wam w rychle adjumenta ad hanc causam, które ważne być rozumiemy. Negotium też principale nie zaniechiwamy i nie najgorzej sobie w niem tuszymy. Wy interim, tem się próżno nie bawiąc, to czyńcie, co wam rozkazujemy, jako na sługę i agenta naszego należy. Do nas jednak o wszystkiem pisząc, jakoście zwykli, co tam jedno słyszycie. A między innemi rzeczami dajcie nam znać, jeśli się co zjedna pisaniem naszem do Wicereja [1]), aby in causa expilatae haereditatis ex officio procedować kazał, na co wy świadki miejcie pogotowiu. Iż Laurentium Papacodam ex carcere wypuszczono, wyrozumieliśmy z listu waszego, aleć nam nie tego drudzy obiecowali post interpositam appellationem. Skryptury od was mieliśmy, ale przepisów niektórych skryptur, wedla ceduły, którąśmy tam albo wam albo X. Kardynałowi do rąk posłali, jeszcześmy nie mieli, chociaż nam piszecie, żebyście to już do X. Kardynała posłali. Takież i wódki ex floribus genestrae nie mamy, chociaż już z Wenecyi piszą, iż ją przez postę posłali. Insze rzeczy tak, jako wam zawzdy piszemy.

Dat. Varsaviae 2 Julii 1570.

XCII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Clodinio.

R. D. amice charissime. Z listu K. J. M. wyrozumiesz W. M. wolę J. K. M. tak około cambium, jako i około dubia i około innych rzeczy. Causa argenti, tak W. M. wiedz, iż Króla J. M. zdawna nie pomału obchodzi. A przeto ile najwięcej W. M. możesz, tedy z Adwokaty gładce postępując

---

[1]) Perafano de Ribera, Wicekról Neapolitański.

a animuszu im ad hanc causam dodając, staraj się W. M., abyście takie praesidia sobie komparowali, żeby nietylko mutatione judicum, ale i świadkami i probacyami i wszelakiemi innemi rzeczami potrzebnemi, nic na stronę nie opuszczając, ta causa nachylona dźwignąć się mogła, do której też i stąd pośle się wam w rychle posiłek. O Krupkę [1]) jużem kilkakroć W. M. pisał, iż to była wola K. J. M. Quantum ex me est, facile acquiesco na tem, aby przy X. Kardynale został, tak jako widzę, żeś W. M. do X. Kardynała pisał. Byle to Król J. M. wdzięcznie przyjmował. Latercyan w tem nic nie winien, który tu i Królowi J. M. fidem suam probat i mnie suum studium. A ja jako się sam rad zgadzam cum judicio K. J. M., takbym też rad, aby się drudzy zgadzali, zwłaszcza ci, którzy modestiae laudem tueri volunt. O czemem też już przedtem W. M. pisał. Tu skryptur jeszcze niektórych wedla ceduły stąd posłanej nie mamy, chociaż W. M. piszesz, żeby to miało być u X. Kardynała. Nie mamy ani wódki florum genestrae. Co się tycze skryptur przesyłania, tedy to W. M. pamiętaj, iż kiedy napiszemy prosto o jakie skryptury, tedy nam W. M. poślij tylko przepisane simpliciter, non authenticas, bo to tam wiele stoi. A my tu jedno dla informacyi tego czasem potrzebujemy. Alioqui gdy nam będzie trzeba authenticum co, tedy dołożymy, abyś W. M. posłał authentice. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae 2 Julii 1570.

XCIII.

Idem.

Hieronimo Fogliolae.

M. Hieronimo mio charissimo et honorandissimo. Odebrałem list W. M. z doniesieniem, że wysłaliście flaszkę z wód-

[1]) Franciszek Krupka.

ką, którą nadesłał J. M. P. Kłodziński z Neapolu; ponieważ jednak flaszki tej dotąd nie otrzymałem, racz W. M. zarządzić poszukiwanie, ażeby nie zaginęła [1]).

Varsaviae 3 Julii 1570.

XCIV.

Idem.

Montelupi.

Generose D. amice charissime. Dał mi znać P. Doktor Latercyan, iż tam przy was jest sukno brunatne, które mnie należy. A tak proszę was, abyście mi je posłali co najrychlej, bo mi go pilna potrzeba. Piszą też Królowi J. M. z Wenecyej, iż już dawno oddano flaszkę z wódką Kursorowi, która wódka intytulowana jest mnie. A iż tej wódki J. K. M. potrzebuję, przeto dowiedzcie się, gdzieby była, a gdzie ją oddał i komu Hieronimo Fogliola. A skoro wam do ręku przyjdzie, poślijcie ją sam bez mieszkania. Bene valete.

Dat. Varsaviae 2 Julii 1570.

XCV.

Idem.

Cardinali Commendono.

I. et R. in Christo pater, ac D. D. observandissime. Obsequiorum meorum commendationem. Antonium Tepulum, quem a republica Venetorum ad S. R. Majestatem, dominum nostrum clementissimum, Oratorem designatum esse audivimus, jampridem hic cum non minimo desiderio exspectamus. Ad hoc de-

---

[1]) Przekład z włoskiego.

siderium nostrum ultro susceptum accessit cumulus ex commendatione recenti I. P. vestrae, quam heri legi in litteris ipsius ad me scriptis. Itaque quem prius publico tantum nomine a clarissima illa republica ad nos venientem dilexi plurimum, nunc etiam adductus cohortatione et mandato P. vestrae I., magnopere amo et id do operam, ut, cum ad nos venerit, plane perspiciat et cognoscat tum P. vestrae I. erga se gratiam et benevolentiam, tum meam erga P. vestram I. observantiam singularem: quam cupio I. P. vestrae modis omnibus et testatam facere et probatam. Bene valeat I. P. vestra et me gratia sua complectatur.

Dat. Varsaviae 2 Julii 1570.

CXVI.

Idem.

Cardinali Hosio.

J. et R. in Christo pater, ac D. D. observandissime. Obsequiorum commendationem. Indolui, legens particulam litterarum I. P. vestrae, ubi se amicis in aula destitutam esse queritur. Cum enim ego quoque in aula verser, difficile est, quin ad me pertinere existimem, de aula quae dicuntur. Ac non instituo sane hoc loco defensionem cujusquam, cum nemo id a me postulavit, non mei ipsius etiam, qui aperte non accusor: illud modo dico, idque non tam blandiendi, a quo semper fui alienus, quam verum fatendi gratia, me semper erga I. P. vestram et fuisse olim et nunc etiam esse studio quodam excellenti. Quod si forte aut verbis aut scriptis, minus quam vellet I. P. vestra, videor prae me ferre, concedat hoc naturae ingenioque meo, illud non dubitet, me animo certe quidem et voluntate ita ad omnia sua obsequia erectum esse ac inflammatum, ut nemini concedam antecessorum meorum in hoc genere. Atque hanc quidem de me opinionem si libertas cujusdam epistolae

meae labefactare videtur, qua de minuendis domesticis sumptibus I. P. vestram nonnihil admonueram, id quidem velim, ut ab optimo et sui studiosissimo animo profectum esse sibi persuadeat. Nam cum hic ejusmodi rumores spargerentur, quibus et rem ipsius familiarem dilabi et animum S. R. Majestatis non leviter offendi intelligebam, etsi non omnia, quae dicebantur, ita esse credidi, tamen quicquid id esset, mihi ad I. P. vestram scribendum esse existimavi. Quod ipsum ut nunc etiam in eam, in quam cupio, ab I. P. vestra partem accipiatur, magnopere peto et quaeso. Quod si quis difficultatem istam augendae aut anticipandae I. P. vestrae Neapolitanae pensionis alicui meae negligentiae ascribendam esse existimat, is mihi, ut lenissime dicam, non satis, quid in re sit, perspicere videtur. Nihil enim omissum per me est, quod ad satisfaciendum desiderio I. P. vestrae pertinere videretur. Sed nimirum ea sunt hinc tempora, ut R. Majestatem ipsam de acquirendo potius quam de largiendo sollicitam esse necesse sit, cum et sumptus omnes reipublicae in illam transferantur et tributum nullum publicum constituatur, et ea, quae proxime lapso triennio ex quarta parte reipublicae debita per Majestatem ejus retenta sunt, instanter admodum, ne quid dicam aliud, exigantur et multa alia fiant publice et gerantur, quae Majestatem ejus Regiam minime possunt facere liberalem. Sed ego tamen uti feci hactenus, ita deinceps etiam, postea quam comitialibus istis molestiis Majestas ejus perfuncta fuerit, non patiar deesse studium meum I. P. vestrae. Instructionem quod attinet, si quidem ea est, quae usque adeo perturbat I. P. vestram, ut de nostris quoque erga se studiis secus nonnihil suspicetur, in eo consideret velim, non nostram eam esse, sed Regiae Majestatis, cui negotium hoc ita visum fuit auspicari; nec eam esse tamen ejusmodi, quae ab I. P. vestra ab initio tantopere fuerit reprehensa. Facilitatem ejus si spectes, fateor potuisse per alium, ut scribit I. P. vestra, expediri: sed neque hoc unum est, quod rem universam, quam cupimus, posse videatur conficere, cum restent multa alia, quae ad absolvendum negotium necessario

adhiberi oportebit, quae, ut arbitror, digniora erunt persona I. P. vestrae: et hoc quicquid tunc temporis praescriptum est I. P. vestrae, jaciendo duntaxat fundamento praescriptum est, cui deinceps cetera superstruantur. Jam autem in designanda potissime I. P. vestra ad tantam ejus instructionis facilitatem, quam etiam usque adeo occultari Majestas Regia voluit, illud secuta est Majestas ejus (quod quidem soli I. P. vestrae scriptum esto), ut homines, dum rationem instructionis non tenent et virum tamen maximae dignationis missum esse intuentur, magnum quidam commissum illi esse suspicentur. Quod dum investigant, multorum cordium cogitationes revelentur, nobis interim rem nostram secure agentibus. Non est igitur ne in eo quidem, quod I. P. vestra perturbari debeat. Est potius, quod gaudeat, se potissimum ex omnibus delectam esse ad res magnas et Majestati Regiae charissimas, tam facili modo atque ratione constituendas. Quibus quoniam fundamentum jam ex sententia Regiae Majestatis ejus jactum est, non dubitamus, reliqua etiam confectum iri prudentia I. P. vestrae, de quibus quidem, ut primum responsum ex Hispaniis allatum fuerit, faciemus I. P. vestram certiorem. Coadjutoriae negotium confectum esse, gratulor tum I. P. vestrae, tum domino Coadjutori [1]), tum ecclesiae Dei: mihi etiam profecto ipsi gaudeo, qui his omnibus omnia ex animo cupio. Unum restare videtur, ut de ipso quoque Coadjutoris successore in iis, quae obtinet, minoribus sacerdotiis, jam nunc aliquid constituatur, quod ecclesiae Dei rationibus maxime expedire videretur. Praestat enim tempestive de iis a nobis potius constitui, quam ea postea incertis casibus fortunae relinqui. Quam quidem cogitationem si I. P. vestra, si dominus ipse Coadjutor suscipit, uti quidem suscipere deberet, non invitus me quoque ipse socium adjungam, et si I. P. vestra jusserit, de idoneo aliquo successore dispiciam, qui Regiae Majestati, qui I. P. vestrae, qui domino

---

[1]) Marcin Kromer mianowany został w tym roku Koadjutorem Biskupstwa Warmińskiego.

Coadjutori charus sit, quique ecclesiae Dei utilis esse videatur. Elbinga ne plures Episcopos habeat, quantum maxime potero, providebo. Quamobrem vellem etiam ejusmodi successorem ad domini Coadjutoris sacerdotia jam nunc designari, qui me, in summis interdum occupationibus constitutum, de omnibus rebus hic admoneat, quae ad rationes domini Coadjutoris I. P. vestrae pertinere viderentur: et cui expeditio quoque eorum per me recte committi posse videatur. Quod nepotem meum I. P. vestra in aedes suas receperit, quodque illum objurgaverit, gratiam illi habeo, item ut superioribus quoque litteris meis egi. Deliberatum mihi est paulo post Bononiam eum aut Patavium ablegare. Tomitii pater [1]) item ut Lublino abfuit, abest hinc, ut a me non possit, quemadmodum vellem et quemadmodum scribit I. P. vestra, conveniri. Audio tamen auri nonnihil missum esse filio. Reliquum, quantum per epistolam fieri poterit, fiet, ut pater a me admoneatur, idque sane faciam et libenter et diligenter. Audio enim ipse quoque adolescentem dignum esse, cui faveatur. De negotiis Aemilii Malvecii egi cum Regia Majestate et cum haeredibus Castellani Praemysliensis et agam etiam quoad opus fuerit. Utrumque negotium difficile est, curabo tamen, ut in utroque, quantum fieri poterit, sin minus, in alterutro certe quidem aliquid proficiamus. Sed in utroque non despero. Habet hic bonum sollicitatorem, qui me admonere non intermittit. Bene valeat I. P. vestra, meque gratia sua complectatur.

Dat. Varsaviae secunda Julii A. D. 1570.

---

[1]) Jan Tomicki, Kasztelan Gnieźnieński, ojciec Mikołaja.

XCVII.

Idem.

Ticinio.

Dawnośmy to dawali znać Cesarzowi J. M. et ordinibus imperii, co i teraz jeszcze przypominać nie zaniechiwamy, iż gdzie jedno kęs temu to nieprzyjacielowi morze smakować pocznie, jakoż już za temi początki nieźle smakować musi, obawiać się trzeba, żeby tam stąd jakiego sztosu takiego nie uczynił, przodkiem podobno na państwa nasze, ale rychło potem i na państwa imperii, który sztos mógłby taką dziurę uczynić w chrześciaństwie, jakąby potem wiecznie załatać ledwie mogli. Gdyż do tego na żadnej inszej rzeczy temu nieprzyjacielowi do tych czasów nie schodziło, jedno na tych opportunitates, które dominum maris et facultatem navigationum consequuntur. Jest jeszcze i w tej lidze ich artykuł jeden, który właśnie Cesarzowi J. M. in consideratione być ma, iż kwoli Moskiewskiemu podjął się tego Król Duński i z Magnusem, bratem swym, iż Moskiewskiemu mają jednać przyjaźń i zachowanie dobre nie u Cesarza J. M., ale apud principes imperii, u którychby rozumieli, których on ma być amicus amicis et inimicus inimicis, omnibus copiis et facultatibus suis, i chce do nich posły swe potem posłać, a onym też interea Danii perswadować mają, żeby do niego posły swe wyprawili. Która rzecz na coby potem i samemu J. C. M. wynijść mogła, snadnie to J. C. M. rozumem swym obaczyć może.

My zaprawdę, to widząc, rozumiemy, coby nam w tej mierze czynić należało. Jakoż zaprawdę, byśmy się na C. J. M. i na prawie braterską chęć przeciwko nam J. C. M. nie oglądali, a gdybyśmy też tego dobrze świadomi nie byli, jako J. C. M. będąc najwyższym człowiekiem w Chrześciaństwie, wiele rzeczom szkodliwym rozumem swym ku pożytku R. P. chrześciańskiej zabieżeć może, musielibyśmy i my podobno taką ligę uczynić, nakoniec i z pogany, z Turki i Tatary, albo z kimby jedno być mogło (jakoż nas do takiej ligi, byśmy jedno byli chcieli, nie jeden raz namawiano), iżby też ci federaci nasi, z któremibyśmy taką ligę uczynili, byli także amicis nostris amici et inimicis inimici, omnibus copiis et facultatibus suis. Do czego jakośmy się po te czasy namówić nie dali ku

szkodzie chrześciańskiej, tylko że z niemi mamy foedus jakoby zwierzchowne, citra praejudicium ullum christianitatis, tak się jeszcze skwapiać na to nie będziemy, freti prudentia et amore erga nos ergaque universam rempublicam christianam Majestatis ejus. Nie wątpiąc nic, iż J. C. M. tak w to potrefiać będzie, jakoby te conatus tak szkodliwe naszym i chrześciańskim wszystkim państwom przedsię iść nie mogły, któreby nas potem ad aliqua violentiora remedia adigere, et rempublicam christianam in summam perturbationem et discrimen przywieść mogły. Bobyśmy się do takiej ligi z pogany musieli zrzucić, a państw swych wszelakim obyczajem bronić.

Dają nam też jeszcze znać, iż Mistrz niemiecki miał otrzymać listy jakieś temi czasy w Rzymie, za przyczyną posła J. C. M. w swej rzeczy do nas, których listów acześmy do tych czasów nie widzieli, ani rozumiemy, aby przez posła J. C. M. co przeciwko nam jednać się miało kiedykolwiek. Jednak to, co nas w tej mierze dochodzi, chcieliśmy J. C. M. oznajmić, aby tak w tej, jako w każdej innej mierze raczył pamiętać na miłość i na pacta spólne nasze, i na to też, aby rzeczpospolita chrześciańska bez potrzeby w trudności jakie nie zachodziła, bez którychby być nie mogło, gdyby co od tego to Mistrza i od konfederatów jego, bądź przeciwko nam, bądź przeciwko państwom naszym, dziać się miało.

Dat. Varsaviae 23 Augusti A. D. 1570.

CXXX.

Sigismundus Augustus etc.

Clodinio.

Venerabilis d. n. d. Wzięliśmy byli na pilne potrzeby nasze od Soderynów piętnaście tysięcy, po onych dziesięciu, któreście im już z rozkazania naszego zapłacili, a uczyniliśmy to,

spodziewając się, iż im ta summa ex assignamento 43 m. teraźniejszego zapłacona być miała. I dlategośmy mandat do was dali byli podpisany ręką naszą, abyście im to byli zapłacili przed inszemi. Jakoż jednak i potem z pisania waszego, gdzieście pisali, iżeście nam na ten rok dwadzieścia tysięcy dukatów posłać mogli, rozumieliśmy, iż ta summa jeśli nie wszystka, tedy wzdy większa część jej miała być Soderynom przez was zapłacona. Teraz z listu waszego, któryście X. Podkanclerzemu pisali, coś inszego wyrozumieliśmy. Co zaprawdę z podziwieniem nie małem od was przyjmujemy, a tem z większem, że to już nie jeden raz nas potyka, iż na rozkazanie nasze mało się tam co dzieje, gdyż czasem nie czekając rozkazania naszego, dzieje się więc w tej mierze i to i owo. Rozkazujemy jeszcze drugi raz, abyście te Soderyny koniecznie kontentowali, nie będzieli mogło być natenczas wszystką summą, tedy saltem pięcią albo sześcią tysięcy dukatów, żebyśmy jedno od nich molestowani tak bardzo nie byli. Coby i wam przysługi żadnej u nas czynić nie mogło, jako i inne rzeczy, któreby się nie działy wedla rozkazania naszego. X. też Wolskiemu rozkazaliśmy dać byli dwieście dukatów extra ordinem, jakoby pro viatico, a teraz tę sprawę mamy, żeby mu jeszcze zapłacone nie były. A tak i to chcemy, aby mu zapłacono wedla pierwszego rozkazania naszego. Praeterea chcemy i rozkazujemy wam, abyście temuż X. Wolskiemu deinceps prowizyę jego płacili na rok po dwu tysiącu czerwonych węgierskich złotych, albo ad rationem węgierskich tak wiele dukatów communes Neapolitanos, jakoby węgierskie uczyniły, secundum taxam hactenus observatam. Gasząc już deinceps i wniwecz obracając prowizyę jego pierwszą. X. Ticinowi ad veterem ipsius provisionem addimus nunc ducatos Hungaricos quinquaginta, żeby mu je płacono deinceps na każdy rok przy dawnej prowizyi jego. Vestrio co się dało pro hac vice, to niechaj tak idzie. Deinceps wolimy, iż się mu będzie dawało extra ordinem wedla wolej i rozkazania naszego, ile razów rozka-

żemy i co rozkażemy. O Krupkę [1]) dajcie nam znać, gdzie jest a co czyni, a czemu w Neapolim nie mieszka, tak jakośmy mu kazali. Pisze nam też X. Kardynał o niektórych klejnociech, które Arcybiskup i kapituła Barska od ciała nieboszczki matki naszej sub fide publici Notarii odebrała. Dajcie nam znać, co za klejnoty są a jako drogie, a zdanie swoje, coby z niemi uczynić. Ciało też matki naszej, jako teraz leży, a coby się za depozyt sprawić miał, żeby do czasu uczciwie leżało, ażbyśmy potem powoli o jakim grobie statecznym a stanowi jej przystojnym pomyślili. Pamiętamy, że też tam była kołdra złotogłowowa, którą trumna przykryta była w kościele, i pisał do nas nieboszczyk Stempowski [2]), cobyśmy z nią czynić byli rozkazali. Dajcie nam znać, gdzieby ta kołdra się teraz obracała.

Dat. Varsaviae die 23 Augusti A. D. 1570.

CXXXI.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Eidem.

R. D. amice charissime. Jużci zaprawdę Królowi J. M. przykrzyć się poczyna a nie pomału ta zwłoka, która się dzieje w płaceniu pieniędzy wedla rozkazania J. K. M. Sameś W. M. pisał, iż tego roku miałeś W. M., zostawiwszy na potrzeby, wszystkie posłać J. K. M. dukatów 20 m. A teraz J. K. M. widzi, iż się nie dały na to conto jedno 10 m. Soderinis, a 5000 Angelis (które też nie wiem jeśliś już W. M. wolno puścił Angelis). Przebóg, daj W. M. te 5000 jeszcze Soderinis, bobyś W. M. sobie K. J. M. obraził. To się widzi K. J. M. nie k'rzeczy oglądać się, jako W. M. piszesz, na pisania czyje insze około pie-

---

[1]) O Franciszku Krupce.

[2]) Paweł Stempowski.

niędzy bardziej, niż na własne pisanie J. K. M. Castaldo niźli W. M. dasz więcej pieniędzy, czekaj W.M. resolutionem Jego K. M., a interim napisz W. M. szerzej, czemu W. M. tak piszesz, iżby się W.M. słusznie być zdało, dawszy mu już 2000 dukatów, dać mu jeszcze 1800; bo K. J. M. do tych czasów inaczej rozumie. Za konfekt ex flor. genestrae W. M. dziękuję, i za obietnicę innych rzeczy, quae facerent adversus defluxus catharohale *(sic)*. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae 23 Augusti A. D. 1570.

CXXXII.

Idem.

Episcopo Posnaniensi.

R. in Christo pater et D. D. amice observandissime. Studiorum et officiorum meorum commendationem. I nie masz co do W. M. pisać i tak mniemam, iż ten mój list nie zastanie już tam W. M. we Spirze, bo widzę, iż i rzeczy były nie daleko końca i W. M., jako baczę, nie masz tam wolej dłużej popasać. A wszakże in omnem eventum tym listem zdrowie W. M. nawiedzam i służby swe ofiaruję, nie opuszczając sam nic, coby pertineret do przysługi W. M. u J. K. M. Z tem się łasce W. M. zalecam.

Dat. Varsaviae die 23 Augusti 1570.

CXXXIII.

Idem.

Podoscio.

R. D. amice et frater charissime et honorande. Z listu K. J. M. wyrozumiesz W. M. to, cobyś teraz W. M. pospołu z J.X.

Biskupem Poznańskim, jeśli tam jeszcze będzie, sprawować miał imieniem Króla J. M. u Cesarza J. M. Nad to nie mam co pisać W. M. To jedno, iż co się tycze continuationem prowizyi W. M. tej, którą teraz dawać W. M. poczęto, widzę, iż czasu jeszcze dosyć przed sobą mamy, którego czasu ja tak używać będę, iż żadnej okazyi nie opuszczę gratificandi W. M. też i w tej mierze, jako W. M. piszesz. O czem dam potem znać W. M.

Dat. Varsaviae 23 Augusti A. D. 1570.

CXXXIV.

Idem.

Ticinio.

R. D. amice charissime. Zjednałem W. M. temi czasy na każdy rok od J. K. M. ducatos Hungaricos quinquaginta nad dawną prowizyę W. M. Co wierzę, iż W. M. wdzięcznie ode mnie przyjmiesz, pamiętając zwłaszcza, jakośmy tu są teraz bardzo ristetti [1]), gdzie jedno idzie o pieniądze. Już się o tem teraz pisze do X. Kłodzińskiego imieniem J. K. M. Z X. Borukowskim, co będzie potrzeba około pensyi, to mówić i czynić będę, jedno iż go tu teraz nie masz. Bene valeat D. vestra.

Dat. ut supra.

CXXXV.

Idem.

Castaldo.

Magnifice domine, amice charissime et honorande. Co dotycze się wszystkich innych spraw, odpiszę wolniejszym czasem

---

[1]) powściągliwi (umiarkowani w wydatkach).

W. M. P. Tymczasem donoszę, że w interesie pensyi W. M. piszę teraz do J. M. Pana Kłodzińskiego, że otrzyma rozkaz J. K. M. względem wypłaty pensyi W. M. M. panu; zatem niech będzie przekonanym, że zgodnie zupełnie z rezolucyą J. K. M. postąpionem będzie w tej mierze. Żegnam zatem W. M. M. pana [1]).

CXXXVI.

Sigismundus Augustus etc.

Electori Saxoniae [2]).

I. principi D. Augusto &c.

I. princeps domine, affinis noster charissime. Annus abiit cum certa vasa argentea Nurimbergae facta, quae per ditionem I. vestrae in Regnum nostrum ducebantur, a latronibus quibusdam in via publica fuerunt intercepta. Quo quidem ipso tempore audiebamus magistratum I. vestrae tantam inquisitionem in auctores facinoris cum maxima I. vestrae laude fecisse, ut et statim comprehensi et paulo post supplicio affecti fuerint, ita quidem, ut vasorum illorum argenteorum nullum dicatur periisse. Quae quidem vasa omnia quoniam ad Magnificum Eustachium Wołowicz, Castellanum Trocensem et Magni Ducatus Lithuaniae Vicecancellarium et Consiliarium nostrum pertinent, mittit istuc hoc tempore Georgium Folder, servitorem suum, cujus etiam opera ad conficienda Nurimbergae et deinde ad se adducenda vasa ista utebatur, ut ea a potestate magistratus istius liberet et ad se tandem adducat. Rem esse aequam I. vestra per se ipsa intelligit, ut, quae in ditione I. vestrae rapta, deinde diligentia magistratus recuperata sunt, ea domino ipsi, ad quem perti-

---

[1]) Przekład z włoskiego.

[2]) August II.

nent, restituantur. Quo magis ab I. vestra petimus, ut, quod aequum esse intelligit, hoc eo etiam libentius faciat ad postulata illa litterarum nostrarum. Faciemus nos quoque vicissim, ut, si qua in re subditi I. vestrae officium nostrum unquam imploraverint, faciles nos erga se experiantur et cognoscant. Bene valere I. vestram optamus.

Dat. Varsaviae 23 Augusti 1570.

CXXXVII.

Sigismundus Augustus etc.

Cardiuali Varmiensi.

R. in Christo pater s. n. d. Accepimus, quas de Pagliarino [1]) scribit litteras P. vestra. Cujus sane facto non est, quod offendatur. Videtur enim nihil aliud quam administer earum rerum fuisse, quas a domino suo, R. D. Nuntio Apostolico commissas habebat. Quod si nos quidem cursum earum rerum impedire non solemus, quas R. D. Nuntios Apostolicos ex officio suo agere non ignoramus, quin potius, ubicumque recte possumus, solemus pro nostra erga Sedem Apostolicam observantia adjuvare: quanto magis P. vestra offendi quidem iis rebus non debet, quae videntur ex mero R. D. Nuntii officio, quo se S. Sedi Apostolicae, a qua missus est, obligatum esse intelligit, proficisci, nobis autem et causae nostrae non modo praejudicium nullum adferunt, sed etiam aliquod adferunt adjumentum. Nostra res proprie si ageretur, nec facile eam cum Pontifice per quemquam alium, quam per ipsam P. vestram, nec cum P. vestra per Pagliarinum potius, quam per quempiam nostrorum agi pateremur. Sed haec, ut diximus, alia et aliena

---

[1]) Jan Pagliarini, Pisarz Wincentego Portico, Nuncyusza Stolicy Apostolskiej.

res est: quam sane P. vestra si non vult adjuvare, impedire certe quidem non debebit, sed eam cursu ferri suo patietur. Quamquam nos quidem ipsi, dum in ea aliquid inesse intelligimus, quod causae nostrae non minimum servire posse videatur, etiam favore P. vestrae prosequendam esse arbitraremur, non de industria quidem, nec eo studio, quo solet alia negotia nostra, sed casu, si quando uspiam sermo ejus rei inciderit. Tum enim significare P. vestra posset se ejus processus ignaram, illud tamen non ignorare, si tot testes, qui sublati morte sunt, superessent, aut saltem si iis paucis, qui restant, metus omnis eximeretur, quo territi, verum non audent profiteri, multo plura et fortassis atrociora posse comperiri. Atque haec nos quidem ad P. vestram libere, ut alia omnia solemus, quam nostram libertatem, sub nomine Cancellariae novae accusari cum videmus, non mediocriter sane demiramur. Etsi enim novis et P. vestrae hactenus incognitis negotiis nostris P. vestram hoc tempore praefecimus, veterem tamen nostram libertatem et fiduciam, qua semper alias usi sumus libenter, nunc etiam cum illa retinemus. Quam tamen si diutius molestam et acerbam P. vestrae videri perspexerimus, necessario nobis cogitatio suscipienda erit, qua querelis ejusmodi finem aliquem, prout P. vestra requirit, imponamus. De quo postea P. vestram faciemus certiorem. Nunc illi negotia nostra omnia etiam atque etiam commendamus.

Dat. Varsaviae die 19 Augusti A. D. 1570.

CXXXVIII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Eidem.

I. et R. in Christo pater et D. D. observandissime. Obsequiorum meorum commendationem. Superioribus quidem meis litteris ad omnia me abunde existimo P. vestrae I. respondisse,

et quidem etiam ex animi illius sententia, maxime quod auctam et anticipatam provisionem ejus attinet: quae apud Regiam Majestatem mea diligentia tandem est obtenta. In quo quidem non minus mihi ipsi sane gaudeo, quam gratulor I. P. vestrae. In reliquo, exspecto responsum I. P. vestrae, cum de aliis fortassis nonnullis, tum imprimis de eo, quod de successore D. Cromeri partim mea, partim etiam aliena manu ad ipsam scribere me memini. In quo hoc sane magis responsum ab illa exspecto, quod, quae scripsi ad illam in hoc genere, ea ex sententia et voluntate R. Majestatis sunt scripta: cui voluntatem quoque I. P. vestrae accommodari imprimis cuperem, idque tum ipsius P. vestrae I., tum etiam ecclesiae causa. Quod cum ita sit, non dubito P. vestram I. id esse responsuram et facturam, quod et ecclesiae et Regiae Majestati et mihi quoque gratum esse intelligit, et quod ipsum pertinere quoque poterit ad melius constituendas rationes plerasque tum ipsius I. P. vestrae, tum etiam R. D. ipsius Coadjutoris. De quo iterum atque iterum P. vestram I. peto et quaeso, maximis adductus rationibus: quas scio P. vestram I., ubi id fecerit, vehementer esse probaturam. Optime valere I. P. vestram cupio, eique studium et observantiam meam commendo.

Dat. Varsaviae 29 Augusti A. D. 1570.

CXXXIX.

Sigismundus Augustus etc.

Magnifico Hieronymo Buzinski, Regni nostri Thesaurario, Zupario Cracoviensi ac Brzeznicensi, Krzeczoviensique Capitaneo, s. n. d. In absentia Thesaurarii nostri Notariis, gratiam nostram regiam.

Magnifice s. n. d. Debentur a nobis Magnifico Aemilio Malvetio, ratione pensionis ipsius annuae quingentorum aureorum Hungaricalium per triennium, videlicet annis 1566 et 1567 et 1568 retentae, aurei Hungarici mille et quingenti,

qui per grossos quinquaginta duos computati faciunt florenos nostrates bis mille et sexcentos. Quae summa ut ex thesauro nostro quamprimum solveretur et in effectu numeraretur, commiseramus M. olim Stanislao Sobek a Sulejów, Castellano Sandomiriensi et Regni nostri Thesaurario. Quoniam autem ob angustias thesauri nostri, quem aliis necessitatibus tunc temporis oneraveramus, dissolvi non potuit, factum fuit, ut solutio ipsius ad telonea nostra devoluta et per syngraphamMagnifici olim Thesaurarii Praefectis teloneorum delegata fuerit, prout id ex syngrapha ipsius etiam ad praesens apparet. Nunc igitur cum expositum sit nobis, ne ex ipsis quidem teloniis nostris eam summam hactenus solutam esse, mandamus S. tuae, ut, visis iis litteris nostris, praedictam summam bis mille et sexcentorum florenorum solvat confestim S. tua et numeret, solvique et numerari jubeat Soderinis mercatoribus vel procuratoribus eorum sine mora. Quorum nos quietationes in rationibus S. tuae suscepturi sumus. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae 30 Augusti A. D. 1570.

CXL.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Morono.

Jam inde ab eo tempore, quo in aula nostra mandato S. D. nostri versatur R. in Christo pater D. Vincentius Porticus, versatur autem annum jam tertium, magnopere hic nobis probavit singularem prudentiam suam, conjunctam cum summa quadam animi moderatione, mirifice accommodata et ad nostrorum hominum ingenia et ad temporum istorum rationem, quibus religionis dissensio, uti cetera regna atque imperia christiana, ita Regnum quoque nostrum non exigua mali contagione perturbavit. Praeterea autem omnibus in universum

probavit integritatem suam, sine ulla suspicione cupiditatis in exercendo officio aut jurisdictione sua. Itaque facile sane his virtutibus suis est consecutus, ut et nobis quidem charissimus exsistat, et in ipsorum quoque populorum nostrorum animos ita influxerit, ut plus fere unus hic temperatione animi ingeniique sui profuerit conturbatae religioni in Regno nostro, quam plerique alii obfuerint contentione nimia et sententiarum suarum obstinatione. Non enim is tantum inhibuit cursum pestiferae contagionis illius, quae latius in dies serpendo vires colligere in populo videbatur, verum etiam plerosque et genere illustres et dignitate insignes a furore illo ad sanitatem revocatos ecclesiae restituit et Sanctae Sedi Apostolicae reddidit obsequentes. Quae quidem omnia etsi alias quoque ad S. D. nostrum per litteras et Oratores atque Internuntios nostros perferri jussimus, tamen nunc quoque, cum P. vestram Decanum Collegii S. R. E. Cardinalium factam esse intelleximus, per ipsam potissimum ad S. D. nostri aures perferri voluimus. Equidem si is Nuntius aliquanto nobiscum diutius permanserit, et si majore aliqua dignitate, quae cum ipsis etiam Regni nostri Episcopis superiorem faciat, ornatus fuerit, magnopere futurum confidimus, ut et religionis tranquillitas et otium ac pax reipublicae ipsius, quae duo potissimum in hac deliberatione nostra proposita habemus, magis ac magis in hoc Regno nostro convalescant. Nam et populus noster, quemadmodum ipsi quoque S. D. nostro sub ipsum statim Pontificatus ejus initium significari per Agentes nostros jussimus, mirum in modum istis honorum insignibus permovetur et Episcopi ipsi provinciarum nostrarum libentius ac majore cum animo ductum ejus viri sequerentur, quem viderent non solum prudentia et reliquis ingenii dotibus praeditum, sed etiam dignitate ipsa et auctoritate sibi esse antelatum. Quamobrem quantum P. vestram religioni et ecclesiae Dei bene velle confidimus, quantum etiam nos ipsi eidem sacrosanctae religioni et praeterea reipublicae Regni nostri tranquillitati debemus, tantum prorsus a P. vestra postulamus et rogamus, perficiat

expositis per omnem occasionem S. D. nostro iis rebus, quas modo strictim attigimus, ut in ea quidem utraque re, quae a nobis religionis maxime ipsius causa postulatur, desiderio nostro tam justo et salutari satisfiat. Quo quidem desiderio idcirco hoc praecipue tempore commovemur, primum, quod ex ipso jam propemodum decurso triennio metus nobis quidam objicitur, ne forte uti hactenus fere alii S. ejus Nuntii, ita hic quoque in exitu ipsius triennii a nobis revocetur, quod quidem, credat nobis P. vestra, inchoatis istis et imperfectis tantis rebus nequaquam expediret: cum difficilius omnino cuivis alii fuerit contexere interrupta, quam huic ipsi, qui coepit, absolvere instituta. Deinde, quod ipsam quoque prorogationem legationis ejus, nisi nova magnae alicujus dignitatis accessione aucta et ornata fuerit, non ita facile porro aliquid posse perficere providemus, quod magni alicujus operae pretii instar habere videretur. Itaque his sane ex causis gratissimum prorsus nobis et jucundissimum fuerit, ea, quae petimus, nos tum benignitate S. D. nostri, tum opera quoque et auctoritate P. vestrae esse, quemadmodum fore confidimus, consecutos. Alioqui si quid religioni, quod quidem minime vellemus, in Regno nostro acciderit, nos quidem officio nostro erga Sedem Apostolicam, proponendis remediis, quae maxime salutaria esse judicavimus, non defuisse nos, jam nunc P. vestram Decanum Collegii Cardinalium contestamur. Bene valere P. vestram cupimus.

Dat. Varsaviae 5 Septembris A. D. 1570.

Cedula in litteras injicienda.

Ut intelligat P. vestra, nos maximam ejus conficiendae rei spem in illa sola posuisse, scire illam volumus, nos, etsi olim ad aliquot S. R. E. Cardinales brevissime ea de re scripsissemus, nunquam tamen ad quemquam eorum tam copiose scripsisse: ac ne nunc quidem ad alios scribere, praeterquam ad eos, quo-

rum litteras multo brevius et contractius scriptas ad manus P. vestrae mittimus, et, ut eas ita demum reddi jubeat, si id necesse esse judicaverit, arbitrio illius permittimus. Ac propterea etiam cupimus, ut ne quid P. vestra earum rerum, quas ad ipsam scribimus, cum ullo etiam gentis nostrae hominum communicare velit.

CXLI.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Rusticutio [1]).

R. in Christo pater domine, amice noster charissime. Cum intelligamus P. vestram hoc tempore R. D. Cardinalis Alexandrini [2]) absentis vicem sustinere, non dubitavimus ea quoque cum P. vestra communicare, quae alioqui cum ipso R. D. Cardinali Alexandrino, si praesens adfuisset, pro more nostro communicaturi fueramus. Non dubitamus autem quoque nihilominus P. vestram studium suum ad eas res esse accommodaturam, quas religionis et ecclesiae Dei in Regno nostro maxime interesse nos quidem judicamus. Magnopere nobis probatur R. in Christo patris D. Vincentii Portici, S. Sedis Apostolicae apud nos Nuntii, singularis quaedam prudentia in tractandis negotiis istis religionis, non minus in Regno nostro exulceratis, quam in aliis itidem regnis atque imperiis christianis. Quam etiam ipsam probari Deo Opt. et Maximo ex eo quidem intelligimus, quod eam divinitus aliquot insignibus eventis ornatam esse perspicimus, nimirum revocatis sub hoc tempus plerisque hominibus in Regno nostro nobilissimis ab amentia illa et praestigiis haereticorum ad obedientiam sanctae atque catholicae

---

[1]) Franciszek Rusticuccio.
[2]) Michał Bonellus.

religionis. Nunc quominus plura aut majora praestari possint, illud quidem nostro judicio obstare videtur, quod R. hic dominus Nuntius, nec majore aliqua ecclesiastica dignitate excellat, cujus quidem rei (uti ipsi quoque S. D. nostro sub ipsum statim initium pontificatus ejus per Agentes nostros significavimus) magna imprimis ab hominibus nostris habetur ratio: et quod non ea denique est facilitas negotiorum ejusmodi in Regno nostro, ut aut cuivis promiscue, praeterquam hominibus summa prudentia et singulari arte et, quod caput est, usu ipso, ad tractandos animos nostrorum hominum instructis succedant: aut iis ipsis, quibus succedunt, aliter nisi cum tempore succedere posse videantur. Itaque quantum religioni et Regno ipsi nostro bene volumus, tantum sane ex animo cupimus, primum, ut S. D. noster hunc, qui nobiscum est, Nuntium suum primo quoque tempore honore ejusmodi augeat, qui illi auctoritatem cum apud reliquos, tum apud ipsos quoque Regni nostri Episcopos, majorem conciliare queat: deinde, ut illius quidem legationi tantum praeterea temporis adjungi patiatur, quantum satis sit ad conficienda ea, quae per ipsum egregie ac feliciter coepta sunt in negotio religionis. Nec enim sane eandem omnium fore arbitramur sive facultatem, sive felicitatem ad ea negotia conficienda: atque adeo quidem, ut sensum nostrum plane apud P. vestram expromamus, vix cujusquam alterius praeterquam aut hujus ipsius R. D. Vincentii Portici, aut qui huic non solum prudentia, modestia, temperantia, sed etiam omni ratione tractandorum negotiorum quam simillimus exsistat. Rogamus igitur magnopere P. vestram, si modo in iis, quae religioni et ecclesiae Dei tam necessaria sunt quam quae maxime, rogari se patitur et non ipsa potius ultro ea suscipit, quae ejusmodi esse intelligit, det operam apud S. D. nostrum, quantum maxime potest, per omnem occasionem, ut in iis quidem duobus, quae nos ecclesiae magis et Sedis ipsius Apostolicae, quam nostra causa cupere intelligit, desiderio nostro satisfiat. Magnum sane ex ea re commodum religionis in Regno nostro exspectamus, atque propterea officium P. vestrae in

juvandis apud S. ejus desideriis nostris plurimi aestimaturi sumus, hoc etiam pluris, quo id eam et diligentius et alacrius facere intellexerimus. Quam bene valere cupimus.

Dat. Varsaviae 6 Septembris A. D. 1570.

CXLII.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater s. n. d. Dederamus olim mandata nostra P. vestrae, occasionem ut nullam unquam praetermitteret augendae nostro nomine dignitatis R. D. Vincentii Portici, qui legatione apud nos S. D. nostri fungitur, quicquid modo positum esse arbitraretur in honore ipso verborum, quibus ipsi pro singularibus illius erga nos et religionem meritis accessio supremae alicujus in ecclesia dignitatis quaeri posse videretur. Maxime cum ea dignitas non magis ad incrementum illius ipsius pertineret, cui potissimum quaeri videtur, quam ad incrementum ecclesiae et religionis: quae cum saepe alias, tum nunc etiam post discessum a nobis P. vestrae, et maxime in his Varsaviensibus comitiis, opera ac persuasionibus viri istius, quibus nos libenter plurimum tribuimus, non mediocriter est in Regno nostro recreata. Atque hactenus quidem occasionem solam defuisse P. vestrae arbitramur in his mandatis nostris exsequendis: cum occupata propriis ac peculiaribus negotiis nostris, curam alienorum negotiorum relinquendam sibi esse ad tempus existimavit. Nunc igitur cum, obtentis iis, quae interea istinc desiderabamus, negotia nostra requietem quandam videantur esse habitura, iterum atque iterum P. vestram hortamur, ut sub hoc tempore dignitati R. D. Nuntii ne desit nomine nostro: tum ut praemium quidem aliquod percipiat laborum suorum praeclarissime hic apud nos in tranquillandis

religionis negotiis positorum: tum praeterea, ut illi etiam in reliquum hoc tempus, quod illum nobiscum agere cupimus, major facultas praebita esse videatur reliqua, quae supersunt in hoc genere, pertexendi et ad finem optatum perducendi, quod sane non cujusvis esse arbitramur. Rectissime igitur et ex summa voluntate nostra P. vestra fecerit, si in eo procurando moram nullam interposuerit. Interim tamen apud R. ipsum D. Nuntium dissimulabit ea, quae scribimus de cupiditate nostra retinendi illius aliquanto diutius in Regno nostro. Videmur enim intellexisse nonnihil illi molestam atque adeo damnosam videri retentionem istam, quam nos quidem vel solius religionis causa cuperemus. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae die 6 Septembris A. D. 1570. Regni nostri 40.

CXLIII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Eidem.

I. et R. in Christo pater ac D. D. observandissime. Obsequiorum meorum commendationem. Ad cetera respondi fere superioribus litteris I. P. vestrae, et si quid est, quod restat, proximis litteris respondebo. Nunc ut I. P. vestra intelligat, cui potissimum cessionem fieri velim Canonicatus Cracoviensis, ejus quem obtinet hoc tempore R. D. Coadjutor ipsius [1]), etsi id quidem paulo ante manu mea I. P. vestrae significavi, tamen iterandum mihi esse existimavi, ut magis atque magis intelligat hoc esse non solum desiderium meum, sed etiam Regiae Majestatis ipsius voluntatem. D. Andreae Patricio cessio-

[1]) Marcin Kromer, Koadjutor Biskupstwa Warmińskiego.

nem eam fieri cuperem, in quem solum Regia quoque Majestas videtur esse consensura. Nec causa est, cur non idem quoque I. P. vestrae videatur, cum ea sint merita erga illam D. Patricii mihi quidem non ignota, ut hac et majori illius gratia dignissimus esse videatur. Jam autem ipse quoque D. Cromerus scribit aperte, nihil dissimulans, se esse ipsi libenter prae ceteris omnibus gratificaturum, si modo eodem accedat arbitrium et voluntas I. P. vestrae. Quo equidem magis ab I. P. vestra peto et quaeso, ut ne hanc voluntatem suam diutius differat, qua non minus ecclesiae et religioni quam Patricio et mihi et Regiae Majestati gratificari videbitur. Hoc I. P. vestram iterum atque iterum oro. Bene valere I. P. vestram cupio, eique studia et obsequia mea commendo.

Dat. Varsaviae die 6 Septembris 1570.

CXLIV.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus &. Quod cum ea sint erga nos merita Generosi Sigismundi Zebrzydowski, Aulici nostri, per triginta amplius annos tam nobis quam S. partim conjugi, partim sorori nostrae quondam Hungariae Reginae [1]) exhibita: ut ipsius obsequiis rectissime semper et honestissime tum domi, tum foris, tum in pace, tum in bello, tum in aulicis, tum in reipublicae negotiis, usi fuisse videamur: in quibus omnibus ita versatus est, atque nunc etiam versatur, ut praeter fidem et studium quoddam erga nos singulare, in quo semper universa ipsius familia mirifice excelluit, etiam sumptus non exiguos facere de suo non dubitarit. Quae omnia praecipue apparuerunt in hoc bello, quod adversus Moscum proximis annis, ipso ducente ordines, gessimus, in quo ipsius quoque inter ceteros enituit laus vere militaris. Propterea faciendum nobis esse

[1]) Izabella Zapolska, Królowa Węgierska.

existimavimus, ut interea, dum amplior nobis ejus rei offertur occasio, aliquo saltem illum prosequeremur indicio gratiae et benevolentiae regiae nostrae. Itaque ei villas nostras Gora, Borek, Zagorzyce, cum oppido Ropczyce in districtu Pilsnensi sitas, quae villae cum oppido post decessum olim Magnifici Joannis Christofori de Tarnów, Castellani Vojnicensis et Capitanei Sandomiriensis [1]) ad dispositionem nostram sunt devolutae, benigne contulimus, conferimusque per praesentes ad vitae ipsius extrema tempora cum omnibus utilitatibus, redditibus et proventibus ac quibuslibet obventionibus, quorum hic nomina habere volumus pro expressis, ita, ut generalitas in specialitate et specialitas in generalitate comprehensa sit. Dantes et concedentes eidem, donec vixerit, praedictas villas cum oppido praedicto tenendi, habendi, possidendi, illisque cum omnibus earum utilitatibus uti fruendi. Ita tamen, ut nobis ac reipublicae de eisdem respondere annis singulis teneatur. Promittimus autem pro nobis et S. successoribus nostris verbo nostro regio, non esse nos neque praedictos successores nostros supradicto Sigismundo Zebrzydowski possessionem et dictorum bonorum usumfructum, interea dum vivet, quacumque de causa, sive ad mensae, coquinae, fisci aliumve nostrum et reipublicae usum et necessitatem unquam adempturos. Neque ulli hominum quovis modo adimendi potestatem permissuros, sed ipsum in illis, quoad vixerit, conservaturos esse. Juribus tamen nostris et reipublicae salvis et integris semper ibidem permanentibus. In cujus rei fidem etc.

Dat. Varsaviae die 6 Septembris A. D. 1570.

CXLV.

Sigismuudus Augustus etc.

Petro Wolski.

Generose f. d. Iż nam J. X. Podkanclerzy często przekła-

[1]) Umarł 1567 roku.

dał utraty wasze w tej tam drogości, zwłaszcza na tej peregrynacyi, którąście teraz czynili, jeżdżąc za dworem K. J. M. Hiszpańskiego, przeto na to baczenie mając, gdzieśmy przedtem półtora tysiąca tylko czerwonych złotych wam byli potocznej prowizyi naznaczyli, tośmy teraz pisali do X. Kłodzińskiego do Neapolim, aby wam dawał tej prowizyi waszej obecnej dwa tysiące czerwonych węgierskich złotych na każdy rok. A tak wy tej łaski od nas wdzięczni będąc, starajcie się, abyście tam sprawy nasze na baczeniu mieli, a mianowicie abyście listy nasze do Króla J. M. Hiszpańskiego, któreśmy tam in causa principali poslali byli do rąk waszych, J. K. M. oddali wedla informacyi, która się wam od nas tam naonczas była dała. O odpis abyście też solicytowali, ponieważ mamy tę sprawę, iż to, co się od Papieża pisało w tejże mierze do J. K. M., już jest oddano J. K. M. przez Posła Papieskiego. A my, jako pamiętać macie, tylko do tych czasów kazaliśmy byli zwłóczyć solicytacyę o odpis na list nasz, pókiby był ten list z Rzymu nie nadbieżał. Mamy za to, iż teraz będzie dobra okazya do sprawowania potrzeb naszych z K. J. M., bo i wesele to nadchodzi [1]) i ktemu dano nam znać, iż Cesarz J. M. dziewce swej, Królowej Hiszpańskiej, tę rzecz pilno zalecić raczył, aby się starała u Króla J. M. małżonka swego, jakoby rychły a dobry koniec wziąść mogła. O czem nie wątpimy, iż wam X. Podoski z dworu Cesarza J. M. dał znać. Piszcie nam często, jako tam te rzeczy pójdą i jako K. J. M. pisanie nasze przyjmie i insze rzeczy wszystkie w tej mierze.

Dat. Varsaviae 6 Septembris A. D. 1570.

---

[1]) Wesele Anny, córki Cesarza Maxymiliana II, z Filipem II, Królem Hiszpańskim.

CXLVI.

Franciscus Krasinski, Viceancellarius Regni.

Eidem.

Generose domine, amice charissime et honorande. My tu wprawdzie nie na każde pisanie W. M. odpisujemy, bo i nie było co po te czasy i ktemu było się czem inszem zabawiać przez ten sejm. Jakoż i teraz bardziej czekamy na to, abyś nam W. M. dał znać, jako tamte listy K. J. M. Hiszpański przyjął, któreś mu W. M. od J. K. M. oddać miał in negotio principali, niźlibyśmy tu co sami pisać mieli, bo tak W. M. wiedz, iż na tem samem wszystko zawisło, co tam K. J. M. Hiszpański K. J. M. Panu N. M. odpisać będzie raczył. Użyj W. M. tej okazyi i tej pogody przy tych feściech, aby jaka dobra rezolucya in causa principali być mogła, gdyż i Cesarz J. M. dziewce swej, Królowej J. M. Hiszpańskiej tę rzecz pilnie bardzo zalecić raczył i innym urzędnikom Królowej J. M. O czem rozumiem, iż X. Podoski dał sprawę W. M. taką, iż W. M. snadnie ostatka się domyślić módz będziesz. Co tem chętniej W. M. czynić masz, pamiętając, iż na tem samem jest wszystka przysługa W. M. do Króla J. M.: ktemu wiedząc to, iż J. K. M. na przyczynę moją raczył poprawić W. M. provisionem annuam pięciąset czerwonych złotych węgierskich nad prowizyę łoni naznaczoną, tak iż już W. M. będziesz miał na rok ordinariae provisionis ducatos Hungaricos bis mille. Co nie wątpię, iż W. M. ode mnie wdzięcznie przyjmiesz. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae 6 Septembris A. D. 1570.

CXLVII.

Valentinus Dembinski, Cancellarius Regni.

Eidem.

Generose domine, amice charissime et honorande. Miałem list od W. M. temi czasy, z którego znam zwykłą chęć W. M. przeciw sobie, i to też, iż mnie tam W. M. nie przepominasz. Czegom iście od W. M. nie pomału wdzięczen. Ja też tu W. M. nie przepominam i gdzie indzie i przed Królem J. M., jednając W. M. u J. K. M. exystymacyę, co dalej to lepszą za posługi W. M. I gdzie się trafi okazya potemu, nie zaniecham i do czego inszego przymawiać się za W. M., któremu życzę zdrowia i wszystkiego dobrego.

Dat. Varsaviae die 6 Septembris A. D. 1570.

CXLVIII.

Franciscus Krasinski, Viceeancellarius Regni.

Clodinio.

R. D. amice charissime. Jakom tego przedtem nie chwalił, iż ta 5000 ducatorum assignata Angelis nie była im wydana libere, tak to jeszcze mniej chwalić muszę, iż się im tak długo dzierżała u Fagnianów, aż snać Fagniani przyszli do fallimentu, tak jako tu słychać. Co jeśliby tak było, non careret res difficultate, a nakoniec nie wiem, by nie z szkodą W. M. A tak, iżbym ani szkody W. M. nie życzył, ani trudności żadnej, W. M. proszę, staraj się W. M. jako najpilniej o tem, żeby Angelis ich summa 5000 dukatów pospołu i z tem, co Latercyanowi było assygnowano z rozkazania K. J. M., przyszła

do rąk co najrychlej, alioqui wierz mi W. M., iżby było kłopotu nie mało, zwłaszcza iż i K. J. M. nie mógłby tego wdzięcznie przyjmować od W. M. Jam tu namawiał Angeli, aby z strony swej, jako kupcy, zabiegali rzeczy swojej, jakoby mogło być bez wielkiej trudności W. M. Jakoż to na perswazyę moją czynić obiecali, jedno też W. M. ze strony swojej nie opuszczaj czynić wszelakiego starania. O co iterum atque iterum W. M. proszę i upominam. Proszę też i upominam iterum atque iterum, abyś W. M. Soderynom ad rationem 15,000, na które ukazali W. M. mandat J. K. M., dal co rychlej z pięć albo z sześć tysięcy dukatów, tak jako też to J. K. M. iterato mandato suo z podpisem ręki swej rozkazał W. M., bo oni tu zborsowali gotowe swe Królowi J. M., a gdzieby nie byli saltem in parte satisfacti, rozumiem, iżby ta rzecz Królowi J. M. była molestissima. Nie trzeba się tu niczem inszem zasłaniać, jedno sobie wspomnieć, że się pisało nie jeden raz do K. J. M. i do mnie, iż z assignamentu tego roku miało się dać na stronę Królowi J. M. do skarbu jego dwadzieścia tysięcy. Otóż to teraz ziścić trzeba, a weryfikować pisanie swe, nie oglądając się na nikogo, co tam pisze, aby się nań oglądano, gdyż ten nie ma rozkazania żadnego ani assignamentum u W. M. Gorzejby być nie mogło, byś W. M. tym Soderinis na te 15,000 tych sześciu albo ut minimum tych pięciu tysięcy dukatów dać nie miał. W czem W. M. familiariter przestrzegam. To foremna. Piszesz W. M., iż źle te stanowienia czynić około pieniędzy raz z tym, raz z owym, ano przedsię i ten i ów cierpi, bo W. M. nie dajesz ani temu ani owemu. Na insze rzeczy W. M. potem odpiszę. Ale iż te dwie rzeczy natenczas premebant, nie chciałem w tem moram ullam interponere. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae die 6 Septembris A. D. 1570.

CXLIX.

Idem.

Podoscio.

R. D. amice et frater charissime ac honorande. Nie było na ten czas nic do pisania od W. M. A my też nie mamy co stąd pisać do W. M. Proszę prześlij W. M. te listy do P. Wolskiego do Hiszpaniej per primum occurrentem, przyłożywszy list swój do tego, dając mu sprawę o wszystkiem, jako Cesarz J. M. causam Barensem dziewce swej i inszym, które przy Jej M. aż do Hiszpanii posłał, kommendować raczył, aby wiedział wszystko distincte, jako kogo używać ma in hoc negotio, dla lepszej posługi J. K. M. Czego proszę nie zapominaj W. M., bo na tem siła należy, aby P. Wolski wiedział omnia particularia. O prowizyi W. M. mam na dobrej pamięci, by się jedno okazya trafiła. Interim, iż żadnego periculum nie baczę, czyham na okazyę, którą upatrzywszy, dam potem znać, co się sprawi W. M. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae die 6 Septembris 1570.

CL.

Sigismundus Augustus etc.

Cracoviensibus.

Spectabilibus et famatis Proconsuli et Consulibus Civitatis nostrae Cracoviensis, fidelibus dilectis, gratiam nostram regiam.

Spectabiles et famati f. n. d. Cum proximo die 25 Augusti ad F. vestras mandati nostri litteras dabamus, pro parte contubernii sartorum Cracoviensium, mandantes F. vestris sub

poena sex millium aureorum Hungaricalium, ut pannicidas ipsos a quibusdam ut, dicebatur, violentiis, damnis et injuriis praefatis sartoribus inferendis coërcerent et, quas vestes illi noviter confectas in foro publico, quod vendetam vocant, venderent, eas capi ac tolli per pannicidas, injuncta ipsis poena quattuor millium aureorum Hangaricalium, ne permitterent. Nos quidem tunc temporis et, quid privilegiis pannicidarum ex adverso contineretur, ignorabamus, et de ejusmodi rebus controversiam ullam verti in judicio F. vestrarum divinare non poteramus. Nunc autem confugerunt ad nos pannicidae ipsi, qui, commonstratis primum litteris privilegii nostri, deinde etiam decreto consulari Cracoviensi, a. 1476 inter praefatas partes facto, ostenderunt planissime, sartoribus ipsis minime licere vestes ejusmodi ex novo panno confectas, sub poena amissionis earum, publice venum proponere, in praejudicium dictorum pannicidarum et pannicidii eorum, cujus nomine census solitus quotannis nobis ab ipsis penditur. Deinde vero, productis actis sub sigillo F. vestrarum, copiose docuerunt, totam hanc ejusmodi controversiam in judicium F. vestrarum legitime hoc tempore introductam et ex parte pannicidarum ipsorum abunde et copiose instructam ac informatam, in probatione duntaxat sententiae vestrae definitivae pendere. Quamobrem nos, nolentes jura aut privilegia sua cuiquam violari, tum etiam cursum judiciorum legitime institutum nolentes narrationibus unius partis impediri, F. vestris mandamus praesentibus litteris nostris, ita omnino et non aliter habere volentes: ut F. vestrae totam hanc controversiam apud judicium suum institutam legitime terminent et, exauditis utrinque partibus et earum propositionibus ac responsis, quoad opus fuerit, adveniente tempore limitationis, sententiam definitivam juxta juris et justitiae formam proferant et pronuntient. Salva tamen parti sententia vestra gravatae ad tribunal nostrum appellatione relicta. Non obstantibus in contrarium ullis et nominatim sive prioribus in favorem contubernii sartorum emanatis, sive in posterum quomodocumque emanandis litteris

nostris: quas nos praesentibus, auctoritate nostra regia, tam in poena quam in aliis omnibus sublevamus et nullum robur habere declaramus. Mandantes F. vestris, ut interea, dum pendet controversia, praedictos sartores a vendendis publice novis vestibus in praejudicium dictorum pannicidarum prohibeant, et dictos pannicidas in usu eorum solito et legitimo conservent, et auctoritate officii sui tueantur. Pro gratia nostra et poena decem millium florenorum auri puri Hungaricalium fisco nostro irremissibiliter luenda.

Dat. Varsaviae die 12 Septembris A. D. 1570. Regni vero nostri 40.

CLI.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Varmiensi.

R. in Christo pater s. n. d. Quod ad nos scribit P. vestra, motum proprium non solum transmissum, sed etiam redditum jam esse Catholico Regi, rem nobis scribit gratissimam et jucundissimam. Speramus enim aliquid tandem a S. Rege illo responsum iri, quod nos incertos hactenus rerum nostrarum faciat certiores. Quod quidem ut primum consecuti fuerimus, scribemus copiosissime ad P. vestram de sententia nostra, quid eam porro istic agere ac curare velimus. Interea, quemadmodum olim quoque scribere nos ad illam meminimus, quandoquidem jam hic motus proprius eo, quo volebamus, pervenerit, non solum poterit, verum etiam debebit P. vestra, quam volet copiose, in Hispanias scribere, cum ad alios, tum vel ad Regem ipsum: fere tamen ea inprimis, quae ad christianam admonitionem videntur pertinere, ut tam S. Rex ipse, quam ceteri, quorum est aliqua apud Regem auctoritas, abunde intelligant indignitates et injurias, quibus per haec tempora affecti sumus: ut, quae indignitates ac injuriae, spoliandis nobis, com-

missae sunt ac perpetratae, eae vel tollantur quidem Regis illius aequanimitate, quae omnium ore praedicatur, vel ut saltem, quid nobis denique de catholico illius animo polliceri debeamus, id scire intelligereque possimus. Id ipsum autem tentari quoque poterit litteris R. D. Cardinalis Tridentini et aliorum Cardinalium, inprimis autem Regni nostri Protectorum et quos praeterea idoneos esse P. vestra existimaverit: quos omnes P. vestra ad scribendum eodem modo in Hispanias excitabit: sed sic, ut ne id nostro impulsu, sive illi, sive ipsa etiam P. vestra, facere videatur. Quod quidem ubi factum erit, faciet nos P. vestra copiose certiores.

In causa argenti periculi nihil esse, propter moram intervenientem, fecerunt nos Advocati semel atque iterum certiores. Itaque in utramque aurem dormiamus licet. Quod si quid tamen opus fuerit, parati simus ad causam afflictam sublevandam, ut primum esse videbitur opportunum. In quam quidem occasionem ut Advocati intenti sint, hortabitur eos etiam atque etiam P. vestra. In nobis nihil desiderabitur, quod quidem a nobis recte peti posse videatur. De quo etiam ipso faciet Advocatos certiores.

Quae ad nos misit P. vestra de singulari et praeclara religione Barrabae, hausta ex ejus nepotis sermonibus, accepimus, nec arbitramur sane supervacaneum fore ac inutile, si nepos de primo saltem articulo religiose, jurejurando interposito examinetur. De quo poterit aliquid P. vestra ad Clodinium secretius scribere: ne nos homines propriis praesidiis destitutos ad aliena invitos convolare existiment.

Clenodia, quae a corpore S. quondam genitricis nostrae ablata sunt, ad manus Clodinii reddi volumus, usque ad aliam informationem nostram. De quo Clodinio ipsi scribimus. Quamobrem, si quid necesse erit, adjuvabit ipsum P. vestra in iis recuperandis. S. Regi Catholico non optime esse a valetudine ex litteris P. vestrae intelleximus, atque etiam ipsius illius causa doluimus. Nam nos quidem quod attinet, haud sane videmus, quidnam rebus nostris pejus possit accidere, si quid de

Serenitate ejus secus statuere D. Deo visum fuerit, quam hactenus, eo vivo et incolumi, acciderit. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae 13 Septembris 1570.

CLII.

Sigismundus Augustus etc.

Clodinio.

Venerabilis d. n. d. Gdyż się tak wam i Adwokatom naszym widzi, iż w tej kauzie argenti periculum żadnego nie masz in decursu fatalium, tedy już na to się ubezpieczywszy, czekać będziemy w tej mierze lepszej jakiej pogody, którą gdybyście tam rozumieli, iżby przypadać miała, dawajcie nam znać co najprędzej, bo będziem módz sam zowąd tej kauzy czemkolwiek podeprzeć, kiedy do tego przyjdzie. A wy też tam zdobywajcie się jako najwięcej możecie na wszelaką pomoc do tej kauzy, zatem niźli ku potrzebie przyjdzie. Fridericus Papacoda niechajby był de primo tantum articulo examinowan przeciw Lorencowi [1]), to jest de ilio tantum articulo, gdzie powiada, iżby Pan Chrystus miał mieć corpus impassibile etc., który examen oddajcie więc X. Nuncyuszowi, aby je przesłał do Rzymu ad inquisitionem, aleby o tem nie trzeba wołać.

Klejnoty, które tam było odebrano od ciała nieboszczki matki naszej w Barze, starajcie się omnibus modis, aby były w ręku waszych. Są dwa pierścienia i krzyżyk z łańcuszkiem, a jest to w ręku u Arcybiskupa albo u kapituły Barskiej. W czem, jeśliby było trzeba, możecie używać pomocy X. Kardynała Heilsberskiego. Soderynom przynajmniej pięć albo

[1]) przeciw Wawrzyńcowi Papagodzie.

sześć tysięcy a Angelom to, co się im już naznaczyło, oddajcie bez mieszkania, a inaczej nie czyńcie, bo by to nas obejść bardzo musiało, byście inaczej uczynili. Insze rzeczy tak, jakośmy przedtem pisali.

Dat. Varsaviae 13 Septembris A. D. 1570.

CLIII.

Sigismundus Augustus etc.

Advocatis.

Magnifice s. n. d. Quae de Salernitani studio et industria in recognoscendis scripturis ad Barensem causam pertinentibus scribunt S. vestrae, intelleximus. Aequum autem inprimis esse arbitramur, ut, vigilantibus adversariis, nos ne dormiamus, sed in omnem occasionem intenti simus. Quemadmodum quidem S. vestras facere, ex litteris ipsarum libenter cognovimus.

G. D. amice charissime et honorande. Z listów J. K. M. wyrozumiesz W. M. mentem J. K. M., w którą W. M. ugadzaj tak, jako W. M. najlepiej rozumiesz, żeby się dosyć działo et mandato principis et qualitati hominum et negotio ipsi. Tu nie mamy nic nowego, jedno, iż posłów moskiewskich czekamy, którzy jadą ad confirmandas inducias triennales. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae die 11 Octobris A. D. 1570.

CLXXXI.

Idem.

Capitulo Cracoviensi.

R. D. amici et fratres charissimi et honorandi. Salutem plurimam et officiorum meorum commendationem. Instituera m cedere domo mea capitulari in favorem Venerabilis D. Jacobi Montani [1]), confratris nostri communis: deque ea re ad R. D. vestras perscripseram. Nunc quae ad me ex actis suis descripta mittunt R. D. vestrae ad labefactandum institutum hoc

---

[1]) Jakób Montan, Kanonik Krakowski (1562 — 1570), Doktór filozofii i medycyny, był nadwornym lekarzem Filipa Padniewskiego, Biskupa Krakowskiego.

meum, ea alio pertinent. Nam R. quidem D. Zebridovius [1]) et Starosrebius [2]), quos allegant, ii, aditis jam tum Episcopatibus, nec domos capitulares habere ipsi, nec de illis amplius disponere poterant: utpote quorum jus universum, post aditos statim eorum Episcopatus, integre ad Capitulum pervenerat. Ego autem domum, de qua agitur, et possideo nunc quidem jure optimo et, nisi impetro, quod postulo, etiam, quoad Deus volet, possidebo. Ita fit, ut, quod illis non licuit, id mihi licere videatur, more etiam et exemplo majorum: ex quorum profecto actis, si modo universa describi R. D. vestrae mandavissent, facile constitisset, quod ipse habeas, id in confratrem bona cum Capituli venia transferre semper licuisse. Recens inter cetera exemplum est R. D. Czarnkovii, qui Episcopus jam Posnaniensis ei demum cessit domo capitulari, cui voluit: viro quidem optimo et mihi charissimo: et cessit sane tum, cum jam ex causa modo dicta arbitrium de ea domo libere disponendi ad Capitulum pervenisset. Iterum igitur a R. D. vestris etiam atque etiam peto, ut ejusmodi postulatorum meorum aequiorem rationem habeant. Si annuunt R. D. vestrae, de suo quidem jure aut libertate nihil decedent (nam jus de ea domo providendi, quod proprium est Capituli, nondum hoc tempore ad R. D. vestras pervenit, et si quid est, quod sibi in futurum hoc nomine cavere velint, id per me quidem cavere possunt), gratiam autem a duobus inibunt, a me, qui cedo, et a D. Montano, cui ceditur, rationibus denique domus ipsius non parum consulent, cum multo magis expediat domum ab eo confratre possideri, qui eam inhabitet, quam a me, qui, cum ipse incolere eam non possim, saepe utendam concedere necesse habeo hominibus fere immundis et turbulentis. Sin negant R. D. vestrae, ego nihilominus, quod meum est, tenebo, R. autem D. vestrae negando, quod juste petitur, nec sibi quicquam

---

[1]) Andrzej Zebrzydowski, Biskup Krakowski, zmarły 1560 r.

[2]) Wojciech Starożrebski vel Sobiejuski, Archidyakon Krakowski do 1565 r., w którym został Biskupem Chełmskim.

acquirunt et bene merendi de duobus fratribus occasionem amittunt et domui sane illae ac rebus communibus non mediocriter incommodant. Me quod attinet, si aliter fieri non poterit, feram, ut potero, et dolorem meum D. Deo committam. Quod totum tamen ut R. D. vestrae, animadversa postulatorum meorum aequitate, quantum possunt, provideant, etiam atque etiam ab illis peto; quas omnes bene valere cupio.

Dat. Varsaviae 19 Octobris 1570.

CLXXXII.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus praesentibus litteris nostris, quorum interest, universis. Quod cum ea sint erga nos merita Generosi Sigismundi Zebrzydowski, aulici nostri et tenutarii bonorum nostrorum Gora et Ropczyce, per triginta amplius annos tam nobis quam Serenissimis, partim conjugi, partim sorori nostrae quondam Hungariae Reginae exhibita, ut ipsius obsequiis rectissime semper et honestissime, tum domi, tum foris, tum in pace, tum in bello, tum in aulicis, tum in reipublicae negotiis, usi fuisse videamur, in quibus omnibus ita versatus est, atque nunc etiam versatur, ut praeter fidem et studium quoddam erga nos singulare, in quo semper universa ipsius familia mirifice excelluit, etiam sumptus non exiguos de suo non dubitarit. Quae omnia praecipue apparuerunt in hoc bello, quod adversus Moscum proximis annis, ipso ducente ordines, gessimus: in quo ipsius quoque inter ceteros enituit laus vere militaris. Propterea faciendum nobis esse existimavimus, ut illi Tribunatum terrae Craeoviensis, per liberam resignationem Generosi Stanislai Przypkowski ejusdem tribunatus immediati possessoris vacantem, ex certa scientia et gratia nostra regia daremus et conferremus, uti quidem damus et conferimus hisce litteris nostris usque ad extrema vitae ipsius tempora, vel ad majoris alicujus

dignitatis aut officii, quod ipse acceptandum esse existimaverit, assecutionem. Quamobrem omnibus et singulis dignitariis et officialibus, totique nobilitati Palatinatus Cracoviensis, aliisque, quorum interest, denuntiamus et ad illorum notitiam deducimus, mandantes, ut praenominatum Sigismundum Zebrzydowski pro vero et legitimo terrae Cracoviensi tribuno agnoscant, eique de loco et omnibus juribus, praerogativis, proventibus, reditibus, emolumentis, commodis et utilitatibus ad eum Tribunatum de jure vel consuetudine quomodolibet pertinentibus, respondeant, et ab aliis, quorum interest, responderi faciant, pro gratia nostra. In cujus rei fidem et evidens testimonium, praesentes manu nostra subscripsimus et sigilli nostri appensione communiri jussimus.

Dat. Varsaviae die 30 Octobris 1570.

CLXXXIII.

Sigismundus Augustus etc.

Generoso Stanislao Mężyk, Capitaneo nostro Sandecensi, in absentia ejus Vicecapitaneo, aut utrisque, fidelibus nobis dilectis. Gratiam nostram regiam.

Generose, fidelis dilecte. Perfertur ad nos, institui istic in arce nostra Sandecensi, sub specie sacrarum concionum novum quoddam et a nostra Divorumque majorum nostrorum religione alienum caerimoniarum genus; ad quas quidem caerimonias obeundas plebs ipsa cogi dicitur, cum insigni primum offensione nostra, qui arcibus nostris Capitaneos non religionis ullius novae instituendae sed veteris tuendae et justitiae tantum administrandae causa praeficere solemus: deinde etiam cum provocatione adversus nos Regnumque nostrum irae et vindictae Divinae Majestatis. Quamobrem his litteris mandamus F. tuae, omnino habere volentes, ut, visis his litteris nostris, tollat prorsus e vestigio ex arce ista nostra novum hoc caerimoniarum genus: neque in posterum

ulla ratione committat, ut in illa civitate, cui nos F. tuam praefecimus, aut in aliqua ejus parte, aliud genus sive concionum sive caerimoniarum per quemquam exerceatur, quam est hactenus a sancta catholica et apostolica Romana ecclesia institutum, et quam nos ipsi jam inde a Divis majoribus nostris usurpare et prae nobis ferre solemus. Id nisi F. tua providerit et nisi mandatis nostris in hoc genere parere voluerit, necessario nobis cogitatio suscipienda esset de aliqua ejusmodi ratione ineunda, qua mandatis his nostris per aliquem alium satisfiat. Pro gratia nostra aliter F. tua ne fecerit.

Dat. Varsaviae die 22 Octobris A. D. 1570.

CLXXXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Advocatis.

Magnifici s. n. d. Scripsimus antea S. vestris, ne quid amplius hoc tempore a nobis exspectent praesidii ad causam argenti prosequendam. Secure enim in eo acquiescimus, quod nobis toties S. vestrae scripserunt, periculum a decursione fatalium nullum adhuc huic causae imminere. Cum viderint opportunum aut necessarium esse causam hanc aggredi, facient nos S. vestrae tempestive de eo certiores. Nos autem, nulla mora interposita, quicquid praesidii ad erigendam afflictam hanc causam habebimus, ad S. vestras mittemus. Bona autem spe sumus, si S. vestrae suam diligentiam in hac causa explicare voluerint, nos victoriam proculdubio reportaturos esse. Faciunt eam spem nobis studia S. vestrarum ad omnia obsequia nostra prompta et erecta, de quibus cum saepe alias ex litteris Venerabilis Agentis nostri Stanislai Klodzinski, tum nunc etiam ex exitu causae nostrae adversus Camillum de Rossis institutae intelleximus; in qua quidem causa quantum

S. vestrae vel communiter omnes, vel privatim quisque vestrum contenderit, neque ignoramus, neque ingratum habituri sumus. Praesertim si hanc quoque argenti causam ad similem aliquem exitum adduxerint: quod quidem non magis optamus quam speramus.

Dat. Varsaviae die 24 Octobris 1570.

CLXXXV.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Settaro [1]).

Pergrata accidere Maj. Regiae obsequia M. vestrae, quae et ipsa per se clara sunt et ab Agente Majestatis illius magnopere praedicantur, intelliget ex iis litteris, quas Majestas ejus omnibus vobis scribit in commune. Si causa argenti bonum et optabilem exitum habuerit, polliceor fore, ut ea re magnam esse factam accessionem intelligat M. vestra ad gratiam erga se S. R. Majestatis. Nunc igitur quantum volet M. vestra, Regiae Majestatis gratiae sibi accedere, tantum in hac argenti causa contendet et elaborabit, ut ad optatum R. Majestati finem deducatur. Ego autem studia et obsequia M. vestrae commendare Majestati ejus non praetermittam. Bene valeat M. vestra.

Dat. Varsaviae die 24 Octobris A. D. 1570.

CLXXXVI.

Sigismundus Augustus etc.

Braucatio.

Magnifice s. n. d. Non dubitabamus, accessionem istam studii S. vestrae erga nos magnum adjumentum rebus nostris

---

[1]) Wilhelm Settaro, jeden z Adwokatów w Neapolu, którzy stawali w sprawie Króla Zygmunta Augusta o sukcessyę.

semper esse allaturam. Id quod nunc quidem, etsi parva in re, tamen luculenter admodum cognovimus, cum de victoria in causa adversus Camillum Rossis instituta intelleximus. Quod quidem nobis tam a S. vestra, quam a Settario, quem nobis commendat, et ab omnibus Advocatis gratissimum accidit. Restat causa argenti, in qua quo majus est momentum constitutum, hoc et ipsi magis cupimus, et S. vestram magis curaturam esse nobis persuademus, ut ea opera S. vestrae et reliquorum ad optabilem aliquem exitum adducatur. Ac nos quidem cum ea intuemur, quae nobis de studio S. vestrae scribit Venerabilis Stanislaus Clodzinski, Agens noster, in eam sane spem venimus, nos in hac etiam argenti causa victoriam, Deo favente, reportaturos esse opera et diligentia S. vestrae, de qua nobis plurimum persuademus. Cetera ex nostris ad Agentem et ex R. Vicecancellarii nostri ad se scriptis litteris S. vestra intelliget.

Dat. Varsaviae die 24 Octobris A. D. 1570. Regni nostri 41.

CLXXXVII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Brancatio.

I. et Magnifice domine, amice charissime et observandissime. Quam grata accidant R. Majestati obsequia I. M. vestrae, ex Majestatis ejus litteris intelliget. In quibus etiam Majestati ejus commendandis non solet profecto studium et benevolentia mea deesse I. M. vestrae: nec deerit in futurum. Det modo operam, ut bonis initiis optima extrema respondeant. Scythae, qui ad I. M. vestram mittendi sunt, Cracoviae sunt. Esse autem dicuntur ea habitudine et firmitate corporis, ut facile I. M. vestrae probari possint. Cracoviae si essem, facilior esset eorum transmissio. Nunc, cum inde absim, non video, quomodo in eo I. M. vestrae gratificari possim. Sunt tamen Cracoviae

vestrae nationis et Soderini et Prosper Provana et quidam alii, qui ab I. M. vestra requisiti bonam in eo I. M. vestrae operam navare poterunt. Ego, quod in me est, perficiam, ut, quandocumque J. M. vestra voluerit, extradantur. Quod scribit I. M. vestra, cupere se quoque in aliqua re mihi gratificari, pergratus est mihi hic animus illius erga me. Qua de re etiam scripsi R. D. Kłodzinski, Agenti S. R. Majestatis. Optime valere I. M. vestram cupio.

Dat. Varsaviae die 24 Octobris A. D. 1570.

CLXXXVIII.

Idem.

Ticinio.

R. D. amice charissime. Co się tycze augmentum provisionis W. M., jakom ja to ze wszelaką chęcią i staraniem nie małem odzierżał u J. K. M., takem też, Bóg wie, rozumiał, żeś W. M. miał na tem przestawać, zwłaszcza rozumiejąc istis difficultatibus temporum, w którycheśmy są. Nie rozumiem, bym mógł co więcej pro hac vice zjednać W. M., bo i ta pięćdziesiąt dukatów węgierskich, która się W. M. teraz przyczyniła nad dawną prowizyę, nie mała się nam summa widzi i było o nie trudności po trosze. A wszakże poślij W. M. in omnem eventum sprawę około prowizyi swoich dostateczną. Będęli jeszcze mógł co wykołatać, non parcam operae.

Brevia Pontificis in causa Magistri Prussiae mieliśmy już [1]). A tak nie trzeba W. M. słać copias. Dobrze W. M. czynicie,

---

[1]) Pisał Pius V listy do Króla Zygmunta Augusta i do Biskupa Krakowskiego zd. 12 i 24 Czerwca tegoż roku, z instancyą za Mistrzem Zakonu Teutońskiego, ażeby mu Król dopomagał swym wpływem, mianowicie na sejmie Rzeszy w Spirze, w zabiegach jego względem opanowania Prus.

iż się in inquisitione contra Barrabam nomine Regiae Majestatis nic nie wdawacie. I owszem tak czyńcie i wy i ktokolwiek tam co imieniem J. K. M. sprawuje, abyście się nie wdawali, bo na tem Królowi J. M. należy. Chyba, żebyście około tego pytani byli, tedy możecie odpowiedzieć co takiego, że i kamienie, gdzieby ludzie milczeli, wołać przeciwko temu człowiekowi nie zaniechają. O czem rozmów się też W. M. zJ. X. Kardynałem. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae 24 Octobris 1570.

CLXXXIX.

Idem.

Cardinali Varmiensi.

I. et R. in Christo pater et D. D. observandissime. Obsequiorum meorum commendationem. Magnam habeo I. P. vestrae gratiam, quod se mihi de Canonicatu Cracoviensi pro D. Patricio ad eum modum declaravit. Valde enim faveo virtuti et industriae, quae duo in D. Patricio elucescunt. Non dubito, si quid praeterea opus fuerit, I. P. vestram gratia sua nobis defuturam non esse. Equidem cum R. D. Coadjutore de his rebus nondum est ita actum, ut oportuit. Abest enim etiamnum in legatione pacificationis Stetinensis. Confido tamen eum in hoc genere se voluntati I. P. vestrae, quae eadem est et mea et S. R. Majestatis, accommodaturum esse. Diplomata Coadjutoriae, quae Patricio missa sunt, cur hinc non miserimus, ex ipsius litteris I. P. vestra intelliget. Sic enim necessario faciendum fuit, cum aliarum rerum causa, tum inprimis nonnullorum motuum, qui sunt hic interea ob Coadjutoriam hanc excitati: non publice quidem adhuc, sed his quoque privatis ejusmodi conatibus res in discrimen adduci posset, ni provideatur. De stylo Cancellariae commutato, non est, quod amplius I. P. vestra meminerit. Omnia ex singulari R. Majestatis erga

I. P. vestram fiducia profecta fuerunt: nec erat sane, cur aliter acciperentur. Video enim D. Patricium, qui his solet omnibus interesse, singulare quoddam erga I. P. vestram studium prae se ferre. Tum autem ipsum quoque R. D. Nuntium aperte magni facere I. P. vestram. Quare, emissis cogitationibus istis, incumbat, quaeso, I. P. vestra alacri animo in negotia S. R. Majestatis, uti solita fuit ab initio. Ea res et gloriam I. P. vestrae pariet, et animum S. R. Majestatis nonnihil ejusmodi rebus conturbatum tranquillabit.

Dicitur istic quiddam officium inquisitionis contra Barrabam inceptari. Interest autem Reg. Majestatis, ne quid se I. P. vestra ejusmodi conatibus inquisitionis immisceat, neve item quis alius ex agentibus et ministris Majestatis ejus. Nisi forte si quid D. vestrae interrogatae fuerint, tum demum poterunt eas suspiciones, quae adversus Barrabam inquisitioni aliunde excitatae sunt, verbis aliquot adaugere.

Ad ea, quae hodie mihi reddita sunt, per primos tabellarios I. P. vestrae respondebo. Optime valere I. P. vestram cupio, eique studia et obsequia mea defero.

Dat. Varsaviae die 24 Octobris A. D. 1570.

CXC.

Idem.

Clodinio.

R. D. amice charissime. Na insze rzeczy odpiszę potem. Co się tycze causam argenti, odpisało się Advocatis, którego odpisu exemplum W. M. posyłam. Tam W. M. ujrzysz, iż się im podziękowało tak, jakoś W. M. pisał. Jednoby też trzeba, aby się też tam zasię od was czyniło to, co się też tu stąd do was pod czas pisze. Kamil Brankaco pisał tu do niektórych, dowiadując się, czemby mi się mógł zachować. Otóż jeśli jest tak bardzo *desideraso* tego, możesz mu W. M. powiedzieć, iżby mi

się nie pomału zachował paviglionem [1]) jakim do łoża, ale żeby był nie on chocholaty ale quadro, jako używał X. Biskup Płocki [2]), wszak W. M. pamiętasz, ażeby był brunatny albo dziki, z czegokolwiek tam Neapolskiego jedwabnego. Na insze rzeczy z odpisu K. J. M. mentem J. K. M. wyrozumiesz W. M. Aleby dobrze, żebyś W. M. listy J. K. M. inaczej u siebie ważył, niż się z tych poślednich listów W. M. pokazuje. Alioqui boję się nie pomału, byś tego W. M. nie żałował. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae die 24 Octobris A. D. 1570.

CXCI.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Varmiensi.

R. in Christo pater s. n. d. De causa argenti quae sit hoc tempore sententia nostra, ex exemplo litterarum, quas ad Advocatos scribimus, cognoscet P. vestra.

De nova Scipionis Rocco provisione, de qua cum P. vestra Brancatius et Settarius egerunt, ex earum exemplo, quas ad Clodinium scribimus.

Settarium bona spe esse jubeat P. vestra, si in causa argenti victoriam reportaverimus, non defuturam illi esse accessionem gratiae nostrae.

Non praetermittat autem P. vestra cum Pontifice de Marina reliquum, quod superest, transigere, ubi in urbem redierit, quod brevi fore opinamur.

Obtentam esse tandem aliquam in favorem nostrum sententiam in judicio illo Neapolitano, albo lapillo signemus licet.

---

[1]) pawilonem, namiotem.

[2]) Piotr Myszkowski.

Res exigua est et tamen, quod dant, accipimus. Utinam sui similes in causa argenti, quae majoris momenti est, esse velint.

De tredecim millibus, quae restant a fisco illo exigenda, postea P. vestrae sententiam nostram perscribemus. Interea videat, quantum, volente nec invito Vicerege exigi posse videatur.

De Barraba non ingrati ad nos rumores afferuntur. Bene autem facit P. vestra, quod se in negotio inquisitionis contra eum non immiscet. Si quid tamen de vita hominis interrogata uspiam fuerit, non deerit, quod scimus, P. vestrae, quod ad augendas de illo suspiciones inquisitioni delatas pertinebit: quemadmodum antea quoque in litteris nostris attigimus.

Ubi in urbem redierit, non dubitamus illam negotia nostra animo alacri esse recepturam et omnibus de rebus magnis, parvis, quae ad nos eumque pertinere existimaverit, esse perscripturam: praesertim si quid ex Hispaniis novi habuerit. Scribit enim ad nos Volscius ignotum P. vestrae non esse, quid S. Hispaniarum Rex Pontifici ad ipsius pro nobis scriptas litteras sit responsurus. Quicquid est, non oberit nunc jam cursum rerum nostrarum in aula illa Hispanica litteris et P. vestrae et aliorum, quos esse idoneos existimaverit, secundari, posteaquam litterae nostrae S. Regi illi redditae sunt, ad quas interea deliberatur. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae die 25 Octobris A. D. 1570.

CXCII.

Sigismundus Augustus etc.

Clodiuio.

Venerabilis devote nobis dilecte. Sentencyę in causa Camilli de Rossis i insze posługi Wasze pilne a powolne, wdzięcznie, tak jako się godzi, przyjmujemy. Ale w tem jeszcze W. T.

raz przestrzegamy, aby listy nasze inaczej od W. T. napotem czczone i ważone były, niż temi czasy poznawamy. A w tej mierze nie chcemy się na ten czas więcej rozszerzać, mając tę nadzieję, iż to pisanie krótkie nasze nie daremne będzie. Adwokatom na pisanie ich de causa argenti odpisujemy, czego W. T. kopię posyłamy, aby W. T. wiedział, jako się w tem sprawować mieć będziesz. Co się tycze Scipionem Rocco, naprzód chcemy, abyście tam pospołu z Kamillem Brankacym namówili około prowizyi jego, coby się wam słusznego zdało, a to, co namówicie, abyś W. T. znać dał X. Kardynałowi Heilsberskiemu, a potem i nam. Jedno tu na dwie rzeczy oko mieć nam potrzeba. Jedna, aby się to tak cicho tam sprawowało, jakoby się nie rozgłosiło. Druga, obwarować to trzeba, aby tem samem, czem sobie tego Scipiona Rocca spowinowacić chcemy, nie spustoszyliśmy świadectwa jego, które ze strony naszej dawać będzie, bo ten jurgielt, któryby mu się od nas postąpił, tenby sam uczynił suspectum, i owszem nie jedno suspectum, ale i rejectum testimonium jego, jako testis corrupti. A tak pokosztowawszy go pierwej, ubezpieczając go, iż my każdemu człowiekowi, po którym jaką chuć a posługę znamy, zwykliśmy to hojną łaską naszą nagradzać; jako i jemu posługi, które jedno po nim znać będziemy, nagradzać będziemy. Jeśliby na tem przestał, tedy dosyć. Jeśli nie, tedy dopiero tak uczynić z Brankacym i z Kardynałem, jakośmy wyżej napisali. Marynie bajulatio [1]) Pali, tak jako prosi, obiecać się może; a wszakoż wszystko by cicho, dla tej przyczyny, którąśmy wyżej mianowali.

Lampognano i innym popręgów przypnijcie pospołu z Adwokaty.

O dom w Neapolim, jakośmy W. T. dawno pisali, odpisu czekamy, dla liczby Stempowskiego, która się jeszcze nie konkludowała. Insze rzeczy tak, jakośmy dawno pisali.

Dat. Varsaviae die 25 Octobris A. D. 1570. Regni nostri 41.

---

[1]) Tributum, vectigal; vide: Glossarium Du Cange.

CXCIII.

Sigismundus Augustus etc.

Petro Wolski.

Generose f. n. d. Mieliśmy od was temi czasy spisek tych listów, które nam oddał Persius [1]) tak przy Foglioli [2]), jako potem bez Foglioli, a iż między innemi najdujemy list Papagodzin ad ducem d'Alva [3]), przeto rozkazujemy wam, abyście nam tego listu przepis posłali, a sam przy sobie pospołu z innemi chowali, jako najpilniej być może.

O odpis na list nasz upominać się czasu swego nie zapominajcie. Acz mamy za to, iż się tem nic nie omieszka, że na przyjazd Królowej J. M. z tem zadzierżywać się będziecie.

Interim u panów tych, na których tam odprawy należą, starajcie się jednać nam dobre mniemanie, wedla tego, jakośmy wam kilka listów naszych z podpisem ręki naszej pisali. O czem czekamy od was odpisu. Iż nam Pisarza nieboszczykowego [4]) zalecacie i za nim się do nas przyczyniacie, mamy to sobie za rzecz nie potrzebną, gdyżeśmy my wam jeszcze in Januario i potem in Februario stąd pisali i J. X. Podkanclerzy pisał, abyście go bonis modis odprawili, by też więc kilkaset dukatów mu darować, wedla dyskrecyi waszej. I mieliśmy za to, żeście to już uczynili. Lecz co się do tych czasów nie stało, to uczyńcie, nic nie mieszkając, a powiedzcie mu, iż piszemy do Neapolim do Agenta naszego, aby mu dal zarazem czterysta skutów, a wy już go tam tak odprawcie bonis verbis, żeby ani sam do nas jeździł, ani tam przy was się dalej bawił,

---

[1]) Perseus Cataneus.
[2]) Bernard Fogliola.
[3]) Ferdynand Alvarez de Toledo, książę Alba.
[4]) Pisarz czyli Sekretarz Piotra Barzego: Perseus Cataneus.

dając mu jednak otuchę, iż gdzieby nam potrzeba było służby jego używać, radzi jej wedla czasu używać będziemy. Ale ante omnia dojrzyjcie tego, aby skryptury jakie nasze przy nim nie ostały ad causam pertinentes.

Exposuit etiam proxime nobis I. et Magnificus Stanislaus Barzi de Blozew, Marsalcus curiae nostrae et Capitaneus Sniatinensis, magnam istic direptionem factam esse rerum post mortem I. fratris sui, Castellani Praemisliensis et Oratoris nostri relictarum: inprimis autem a domesticis quibusdam et familiaribus defuncti, quibus curam domus et familiae suae commendarat. Quamobrem moti et rei ipsius aequitate et misericordia etiam liberorum ipsius defuncti, quos pupillos reliquit: tum praeterea rationem habentes singularium meritorum erga nos, cum familiae hujus universae, tum inprimis I. et Magnifici Marsalci ipsius curiae nostrae, quam libenter pro virtutibus ipsius gratia nostra complectimur, mandamus F. tuae, ut nomine etiam et auctoritate nostra causam liberorum istorum pupillorum istic agat, eamque magistratibus regni et curiae istius ita commendet, ut de iis, qui rei esse dicuntur interversae illius haereditatis, justitia possit quamprimum administrari, et, si qui comperti fuerint aliquid ex haereditate illa intervertisse, aut haereditatem ipsam diminuisse, ii ad restitutionem et satisfactionem auctoritate magistratus istius adigantur. Dicuntur etiam in regno Neapolitano esse quidam, qui fidem, quam pro illis defunctus Orator noster apud nonnullos creditores interposuerat, nondum liberaverunt. Quamobrem dabit operam F. tua, ut litterae a S. Rege ad I. Viceregem Neapolitanum obtineantur, ut per eum ad creditum persolvendum, quod fide defuncti contractum erat, sine mora cogantur. Aliter F. tua ne fecerit pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 8 Novembris A. D. 1570.

CXCIV.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Petro Wolski.

Generose domine, amice charissime. Około spraw Króla J. M. tak W. M. czyń, jako z listu J. K. M. wyrozumiesz, a nic więcej z tych, które się proximo Octobre do W. M. pisali. W czem trzeba będzie W. M. caute postępować, abyśmy tak ptaków nie spłoszyli. Dobrze iż W. M. o respons sollicytując, czekasz na przyjazd Królowej J. M. [1]), bo też także tu rozumiemy, iż ten przyjazd będzie tej kauzie na wielkiej pomocy. Interim W. M. magis ac magis adjungas ad causam animos eorum, na których odprawa należy, ofiarując im łaskę J. K. M., tak jako się do W. M. in Octobre pisało, jedno nie z prędka a nie nagle.

Prowizyi już się W. M. poprawiło tak, iż W. M. będziesz miał samej tej prowizyi okrom jurgieltu dwa tysiące węgierskich złotych; o czem pisało się już i do W. M. i do X. Kłodzińskiego. Perseum Catanensem dobrze było dawno odprawić. A wszakże iż się dawno nie stało, już więc teraz dalej W. M. nie zwłaczaj, a odpraw go co najrychlej bonis verbis, ktemu powiedz mu W. M., iż Król J. M. rozkazał mu z Neapolim dać na przyczynę moją skutów quadringentos etc., które może rozkazać wziąść, kiedy będzie chciał. Tu aby nie przyjeżdżał, zabież temu W. M. co najlepiej. Bo i jemuby to bardziej szkodziło, i nakoniec W. M. samemu nie czyniłoby posługi u J. K. M. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae 8 Novembris 1570.

---

[1]) Anna, Królowa Hiszpańska, zaślubiona niedawno Filipowi II.

CXCV.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus praesentibus litteris nostris, quorum interest, universis. Quod constitutus personaliter coram nobis I. et Magnificus Stanislaus Barzi de Blozew, curiae nostrae Marsalcus et Capitaneus Sniatinensis, suo et Andreae ac Erasmi fratrum suorum nominibus, tanquam tutor naturalis pupillorum minorennium liberorum I. quondam et Magnifici Petri Barzi de Blozew, Castellani Praemisliensis et Capitanei Leopoliensis ac nostri apud S. Principem D. Philippum eadem gratia Regem Hispaniarum, fratrem et consanguineum nostrum, Oratoris, constituit et solonniter ordinavit in suum verum, certum, legitimum procuratorem, mandatarium, negotiorumque suorum infra scriptorum gestorem et actorem, omni meliore modo, forma, stylo et ratione, Generosum Petrum Wolski, Secretarium et Internuntium nostrum ad eundem S. Hispaniarum Regem, ut scilicet possit et valeat res ac supellectilem omnem praedicti I. quondam et Magnifici Petri Barzi, Castellani Praemisliensis, et reliqua omnia, quae ipsius erant quomodolibet propria, conquirere, rationes a quibuscumque personis de rebus ejusmodi exigere et, si quae forte amissa aut quocumque modo aversa sunt, ea tam in judicio, quam extra omnibus legitimis et idoneis rationibus persequi ac recuperare, recuperata ad se recipere, penes se habere, et postremo ad ipsum Magnificum Stanislaum, curiae nostrae Marsalcum, per omnem occasionem mittere, ceteraque omnia agere et facere, quae in praedicta rerum ac supellectilis conquisitione et recuperatione necessaria fuerint et opportuna, etiamsi illa sint ejusmodi, quae magis speciale mandatum requirere videantur. Dans et concedens ipsi facultatem omnem pecuniam, quae ad defunctum proprie pertinuerit, sive ea in paratis, sive in debitis fuerit, repetendi, eamque numerandi, levandi, recipiendi et de recepta quietan-

di, unum etiam vel plures, si opus fuerit, ac inter ceteros Ferdinandum Navedam in locum suum, quatenus expedire judicaverit, cum plena facultate substituendum, et eundem vel eosdem revocandi. Promittens suo fratrumque suorum et pupillorum praedictorum nominibus, se totum id ratum, gratum, firmumque esse habiturum, quicquid per ipsum ipsiusque substitutos gestum, actum, factumve fuerit in praemissis, non secus quam si per se ipsum gestum, actum, factumque fuisset. In quorum omnium fidem etc.

Dat. Varsaviae die 8 Novembris A. D. 1570.

CXCVI.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater s. n. d. De constituendo Scipioni Rocco stipendio quae esset sententia nostra, arbitramur P. vestram ex superioribus litteris nostris abunde intellexisse. Volumus enim, ut ante omnia certiores fieri possimus, quantum illi et P. vestra et Agens ipse noster, communi cum Brancatio consilio, constituendum esse arbitrentur. De quo etsi litterae omnium istinc vestrum jam conticuerunt, tamen exspectamus, quid nobis respondeatur. Unum veremur, ne Roccus hic animum forte mutaverit. De duodecim millibus, qui restant etiam nobis solvendi, scribit Volscius ex Hispania, mandatum se Regis de solvendo obtinuisse. Quod si ita est, nullam amplius difficultatem in solvendo fore arbitramur, praesertim apud novum Viceregem et post tantam donativi decreti assignationem. Studium et benevolentia R. D. Cardinalis Ferrariensis [1]), de qua ad nos scripsit P. vestra, accidit nobis prorsus gratissima. Ad

---

[1]) Hipolit d'Este.

reliqua, quae hodie ex litteris P. vestrae datis 21 mensis superioris intelleximus, per sequentes tabellarios P. vestrae respondebimus.

Interim, si quid habet ex Hispania, faciat nos certiores et bene valeat.

Dat. Varsaviae die 14 Novembris A. D. 1570.

CXCVII.

Sigismundus Augustus etc.

Clodinio.

Venerabilis d. n. d. Należy nam nie pomalu na tem, aby Perseus Cataneus, który był pisarzem u nieboszczyka P. Przemyślskiego, posła naszego w Hiszpanii, a który do tych czasów mieszka w Hiszpanii, był co najrychlej odprawion, a rzeczy swych nie omieszkiwał. A tak rozkazujemy W. T., gdy się kto imieniem jego z plenipotencyą od niego dostateczną opowie i o odprawę upominać będzie, abyś W. T. dał mu bez mieszkania skutów czterysta, a kwit od niego wziął, który W. T. na liczbie przyjmiemy. Przydajemy takież i jurgielt Doktora Franciszka Nascimbene tegoroczny, który chcemy, abyś mu W. T. zapłacił. Gdy nam pisze X. Wolski z Hiszpanii temi czasy, iż już odzierżał mandat od Króla J. M. Hiszpańskiego, żeby ta dwanaście tysięcy nam dawno zadzierżana w Neapolim, bez odwłoki była zapłacona. Co rozumiemy, iż teraz bez trudności uczynią za tem tak wielkiem donativum, które tam teraz Królowi J. M. złożono.

O jurgielcie Scypiona Rocco odpisaliśmy zaraz W. T., iżby się nam widziało, żebyście tam wy pierwej porozumiawszy się z Brankacym a z X. Kardynałem, dali nam znać, cobyście za jurgielt słuszny być jemu i przystojny rozumieli. A sprawując to tam co najciszej, i z tego dubium nas rezolwowali, jeśli to

jurgieltu postanowienie non adimet fidem testimonio Scipionis. Insze rzeczy tak, jako zawzdy piszemy. O Lampognana i o dom w Neapolim czekamy od was odpisu na dawne listy nasze.

Dat. Varsaviae die 14 Novembris 1570.

CXCVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Volscio.

Generose f. n. d. Cośmy wam w pierwszych liściech napisali, abyście Persio Catanco otuchę uczynili, iż za potrzebą możemy posługi jego napotem używać, tak się w tem deklarujemy, abyście mu to nie per modum stanowienia jakiego powiedzieli, gdyż my nie mamy woli służby jego potem używać, ale w ten sposób, aby nie rozumiał, iż go z niełaską odprawiamy, gdyż my i teraz do Neapolim piszemy, aby te 400 skutów były mu bez mieszkania zapłacone.

Dat. Varsaviae die 14 Novembris 1570.

CXCIX.

Sigismundus Augustus etc.

Podoscio.

Venerabilis d. n. d. Przyjmujemy wdzięcznie od was te posługi, które tam czynicie i w naszych i Rzeczypospolitej rzeczach. W których na ten czas nie mamy co nowego pisać, a to, co się dawno pisało, nie wątpimy, iż to wszystko na dobrem baczeniu macie, a mając, tak sprawować będziecie, jako najlepiej rozumieć będziecie, wedla woli naszej i wedla potrzeby koronnej, tak około Vobescera, jako około Mistrza Pruskie-

go [1]), Xiążęcia Magnusa, Króla Duńskiego, Margrabię Hanusa [2]) etc. Xiążęcia Pruskiego negotium acz widzimy, iż inaczej padło niżeście się spodziewali, jednak nie widzimy, coby inszego w tej mierze czynić, jedno na tem, co może być, przestawać, starając się jednak i tak te rzeczy Cesarzowi J. M. imieniem naszem kommendując, jakoby było co najlepiej być może. W czem rozumiemy, iż na pilności waszej schodzić nie będzie. Z końmi do Cesarza J. M. wrychle, da li Bóg, wyprawimy.

Dat. Varsaviae die 14 Novembris 1570.

CC.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Podoscio.

R. D. amice et frater charissime. O prowizyę swą nie trzeba się W. M. starać, bo nie molestując w tem Króla J. M., tak rozumiem, iż póki mandatum in contrarium nie będzie od J. K. M., póty W. M. ta zaczęta prowizya pójdzie, i mam za to, iż W. M. skarb albo zupy trudności żadnej czynić nie będą. Gdzieby co takiego było, dopierobym więc Króla J. M. sollicytował. A w tem non deero W. M. O upominki jakie pisarzom do kancellaryi i Doktorowi Beberowi, mówiłem Królowi J. M. i obiecał posłać J. K. M. hain ku kolędzie do rąk W. M. Z inochodnikami się też stąd pośpieszymy do Cesarza J. M., tak iżby tam in Decembri być mogły. A możesz to W. M. Cesarzowi J. M. powiedzieć, iż nie tylko inochodniki będą, ale będzie i woźników dziewięć, bo dziesiąty, który też do nich należał, ten za-

---

[1]) Jerzy Hund von Menkheim, W. Mistrz Zakonu Niemieckiego.
[2]) Jan Jerzy, Margrabia Brandeburski.

chorzał, a takiej sierści tak prędko J. K. M. dostać nie może. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae die 14 Novembris A. D. 1570.

CCI.

Idem.

Ticinio.

R. D. amice charissime. Dziękuję W. M. za tę życzliwość, którąś tam W. M. synowcowi memu pokazował, i teraz na wyjezdnem zwłaszcza okazał. Pokażę ja też zawzdy w rzeczach W. M., iż ze mnie masz W. M. całego a życzliwego przyjaciela.

Z X. Piotrem Borukowskim dziwno mi, iż rzecz W. M. tak długo ku konkluzyi nie przychodzi. A tak, iż mnie W. M. prosisz, żeby mnie to nie obrażało, iż W. M. prawa swego używać chcesz, tedy wiedz W. M., iż mnie to obrazić nie może od nikogo, gdy kto prawa swego używa. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae die 15 Novembris 1570.

CCII.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Rusticutio [1]).

R. in Christo pater D. amice noster charissime. Supplicatum est nobis per nonnullos Consiliarios nostros pro Venerabili Motello Ventmello, Canonico Visliciensi, ut eum P. vestrae litteris nostris commendaremus. In quo quidem nos supplica-

---

[1]) Franciszek Rusticuccio, Kardynał, Biskup Faneński.

tioni eorum hoc facilius concedendum esse existimavimus, quod non ignota nobis sit Metelli ipsius aetas acta in Regno nostro cum opinione constantissima probitatis et virtutis. Rem nobis P. vestra non ingratam fecerit, si illi de quopiam istic sacerdotio providerit ex gratia S. D. nostri: ut possit reliquum aetatis suae in Italia, quae illi patria est, degere, in ea, quae persona ipsius digna sit, conditione. Bene valere P. vestram cupimus.

Dat. Varsaviae die 14 Novembris A. D. 1570.

CCIII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Cardnaili Hosio.

I. et R. in Christo pater et D. D. observandissime. Obsequiorum meorum commendationem. Quod I. P. vestra scribit toties de adnumerandis sibi reditibus suis Varmiensibus Neapoli ab Agente S. R. Majestatis, de eo aliquoties tentavi animum S. Majestatis ejus, si qua posset desiderio I. P. vestrae satisfieri. Verum Majestas ejus eadem assidue excusatione utitur, in qua me etiam ipsum testem appellat. Ait enim sé cum Soderinis contraxisse de tota illa Neapolitana pecunia: ab eoque contractu sibi discedere integrum non esse. Quae mihi quidem verissima et maxime legitima excusatio videtur. Jam autem addit quoque Majestas illius alias quoque rationes, cur ita Majestati illius expediat: quibus ex rebus omnibus plane intelligo, quod etiam antea I. P. vestrae significatum est, permutationem istam P. vestrae I. cum S. Majestate ejus coustitui hoc tempore non posse. Aliis in rebus, in quibus I. P. vestrae voluntati mos geri poterit, ad omnia me illi offero promptum et paratum. Jam autem et contributio quoque Prussis imperata ejus generis est, ut in ea postulatis I. P. vestrae satisfieri non possit. Jampridem clamo et contributionem istam Prussis, quantum possum,

imminuere studeo. Verum et Majestas quidem Regia, iis inficiendis, quae publice omnium ordinum sententia decreta ac constituta sunt, manum admovere non potest, et ordinibus ipsis id, quod semel legitime comitiis regni rogatum est, abrogandum esse non videtur. Itaque interea ferant oportet tributi istius gravitatem. Quam sane ipsis tolerabiliorem reddet auctoritas et persuasio I. P. vestrae. Queruntur enim ordines difficilem admodum reddi tributi istius in illis terris exactionem hominum pertinacia: quae ipsam quoque Majestatem Regiam offendere incipit. Ut, nisi ab I. P. vestra provideatur et nisi studia eorum hominum per litteras ipsius de ejusmodi pertinacia quamprimum deducantur, verendum sit, ne quid gravius in eos publice ab omnibus ordinibus decernatur. Quod ego I. P. vestrae curae fore et spero et opto.

Prorcgem Neapolitanum [1]) alium quendam factum esse, duplici nomine gaudeo. Nam et aequiore eo forsitan utemur, praesertim si est, ut dicitur, incensus amore I. P. vestrae, et illa decem millia in lucro ponemus, quae in hunc, qui decedit, frustra propemodum erant abitura.

Nepotem meum [2]) tam liberaliter ab I. P. vestra dimissum esse, quemadmodum audio, magnas I. P. vestrae gratias habeo. Dabo autem operam, quod monet I. P. vestra, ut adolescentia illius prudentia et maturitate cujuspiam constituatur et regatur.

Nunc apud nos creatio magistratuum quae fuit, ea catholicis fuit faventior. Nam Palatinatus Calissiensis datus est domino Gaspari Zebrzydowski, Castellano Calissiensi, Castellanatus Calissiensis fratri R. D. Episcopi Posnaniensis, qui fuit Castellanus Medirecensis [3]). Is autem Castellanatus datus est

---

[1]) Wzmiankowany wyżej Antoni Granvellano, Arcybiskup Mechliński, został w tym czasie mianowany Vice-Królem Neapolitańskim, po śmierci Perafana de Ribera, Księcia Alcali. (Patrz przyp. na str. 106)

[2]) Jan Krasiński.

[3]) Wojciech Sędziwoj Czarnkowski.

D. Andreae a Gorka. Palatinatus et Capitaneatus Cracoviensis D. Barzi, Curiae Marsalco [1]), Castellanatus Sendomiriensis D. Hieronimo Ossoliński, Castellano Vojnicensi. Vojnicensis D. Joanni a Tenczyn, Capitaneo Lublinensi. In Prussia Castellanatus Culmensis D. Stanislao Latalski, Elbingensis D. Walewski. I. P. vestram optime valere cupio.

Dat. Varsaviae die 14 Novembris A. D. 1570.

CCIV.

Idem.

Clodinio.

R. D. amice charissime. Miałem nie dawnemi czasy list od kogoś, na którym liście nikogo nie podpisano, który list jest tak pełen złorzeczeństwa i amarykowania nie potrzebnego, iż ktokolwiek jest, kto go pisał, ten parvam admodum et sui pudoris et meae dignitatis videtur habuisse rationem, bo się puszcza na dobre ludzi a sługi Króla J. M., które ja znam, a puszcza się tak uszczypliwemi słowy, żeby je źle do kogo inszego a nie do Podkanclerzego koronnego pisać. To dlatego W. M. znać daję, iż temu listowi bardzo są podobne kilka listów W. M., na których już jest podpisane imię W. M., gdzie W. M. Angelos tak traktujesz, jako oni non merentur, których ja i cnoty świadom jestem i tej wszystkiej sprawy, o którą między nimi a W. M. idzie. Quid enim notius esse potest, jedno iżeś W. M. 5000 dukatów depozytowawszy nomine Angelorum u Fagnianów, też pieniądze zarazem takeś zahamował, aby Angelom wydane nie były bez inszego dozwolenia W. M., które dozwolenie potem nie było aż kilka dni przedtem, kiedy się miało odkryć tych to kupców fallimento. Tak, iż niebożęta Angeli, chociaż oni byli kazali do tych Fagnianów te 5000 od-

[1]) Stanisław Barzy.

dać, jednak przez to zahamowanie W. M. i ku pieniądzom swym naonczas przyjść, i do tych czasów o też pieniądze in periculo versari muszą. Skąd znać, iż oni ciężkość wielką w tej mierze cierpią, a tem większą, iż im jeszcze przypisujesz W. M. w liściech swych takie rzeczy i takie słowa, jakich, by też dobrze kto winien był, tedy moje ucho słuchać, albo moje oko czytać nie winno. Lecz W. M. jakoby mało na tem, jeszcze i mnie samego dotykasz, jakobym tu lada czemu wiarę dawać miał, gdyż ja w tej mierze około tej summy 5000 dukatów Angelorum niczemu innemu nie wierzę, jedno temu, co samemi listy W. M. pokazać mogę. Spodziewałem się, iż pacientia moja, że wam tak długo cierpię na to, nie odpisując, miała wam oczy otworzyć, ut ratio tamen meae dignitatis haberetur. Ale widzę po wszystkich liściech W. M., iż to nie pomaga. Co mnie zaprawdę obchodzi nie pomału, zwłaszcza wspominając sobie merita mea nonnulla przeciw W. M. i dawne i teraźniejsze, bo tak W. M. wiedz, iżbym ja tu wiele rzeczy nie mitygował, dalekoby wszystko inaczej było. O czem powiedziało się nie mało P. Wojnie, który mi za to dziękował. Od W. M. dosyć na ten czas mieć będę, iż się W. M. napotem, pisząc do mnie, takich nieuważonych słów chronić będziesz, którym uszy albo oczy uczciwe nie przywykły. O co W. M. iterum atque iterum proszę. Angelom ku tej summie W. M. pomagaj, bo jako rozumiem, gdzieby oni kniej przyjść nie mogli, nie mógłbyś W. M. być pewnie bez trudności, a snać i bez szkody.

O Krupkę ja nie wiem cobyś innego W. M. czynić miał, jedno wedla rozkazania Króla J. M., ponieważ i do tych czasów K. J. M. inaczej się deklarować nie raczy. Wszakże iż widzę, że i samemu Krupce tam się nie podoba, możesz li mu to W. M. perswadować, aby się albo przy J. X. Kardynale zadzierżał, albo do P. Wolskiego jechał, sine sumptu Regiae Maj. a nie nad wolą bądź to J. X. Kardynała, bądź też P. Wolskiego, będę ja to, jako najlepiej będę rozumiał, omawiał przed Królem J. M. Owa to moje officium będzie fortunniejsze niż które insze do W. M. W tem jedno W. M. przestrzegam, iż

zbywszy Krupki, człowieka skromnego, trzeba się będzie bać, aby tam kogo zębatszego nie posłano, który trzymając contra regestra, które już były nie jeden raz na placu, będzie już W. M. nie sługą, jako Krupka, ale towarzyszem. Piszesz W. M., iż przez nowe mandata J. K. M. nie mogłeś W. M. Soderynom pro hac vice zapłacić. Wiem, że Soderyni ludzie tak dobrzy, iżby się im było dobrze tak rychło nie zapłaciło, tedy oni more solito suo ani Królowi J. M., ani W. M. nie byliby się przykrzyli, gdyż zwykli Królowi J. M. służyć etiam interdum cum suo dispendio, i teraz nie dokuczali nic J. K. M. Ale sam J. K. M. dla kredytu swego na potem tak chciał mieć, aby się im zapłaciło, i W. M. dobrze rozumieć możesz, iż podobniej czekać drugim provisionariis tego, co z łaski mają J. K. M., niźli kupcom długu swego. A ktemu zawzdy się to tak zachowa, iż mandata principum in solutionibus co starsze to naprzód iść mają, chybaby posteriora mandata były cum derogationibus priorum. A W. M. quae exempla adfers solutionum factarum, jedne takie są, iż ich Król J. M. nie rozkazował, jako jest Vestrii, drugie takie są, o którycheś dawno W. M. wiedział, jako Laterciani [1]), drugie takie, o których W. M. gadać nie było potrzeba, ponieważ jeszcze nie były in mente Regiae Maj., gdy Soderynom solutio eorum crediti assignabatur. Jeśliby się był kto potem z listem K. J. M. pokazał, upominając się zapłaty, dopieroby była miała miejsce excusatio W. M. ta, której W. M. in facto Soderynom używasz. Quod contra factum fuit od W. M., bo pomnię, żeś W. M. pisał, iż się W. M. na jakieś solucye oglądasz, które sobie niektórzy ludzie pollicebantur, a Królowi J. M. o nich się nie śniło.

Tom tak breviter W. M. napisać chciał, abyś W. M. deinceps wiedział, jako się sprawować masz w takich rzeczach, ażebyś W. M. kancellaryi tak bardzo nie dojeżdżał gdzie nie trzeba, bo jako kancellaryi nie należy nic innego, jedno pisać co rozkażą (aczby się miało wszystko tak pisać, jako rozkazują,

---

[1]) Antoni Laterciani.

rozumiem, iżby drugim były większe oskominy), tak W. M. nic innego nie należy, jedno czynić temu dosyć, co rozkazują, a kto pierwej do młyna przywiezie, temu pierwej zemleć. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae 15 Novembris 1570.

CCV.

Sigismundus Augustus etc.

Clodinio.

Venerabili Stanislao Clodzinski &c.

Nobilis Bernardus Fogliola, Venetus, Secretarius noster, dum nos de morte Magnifici Petri Barzii, Castellani Praemisliensis et nostri apud S. Hispaniarum Regem Oratoris facit anno superiore certiores, exposuit in tabellarium scutorum in anno ducentos et quadraginta, singulos quadringentis maravedis computatos. Eos igitur scutorum ducentos et quadraginta sic aestimatos solvat quamprimum D. tua vel ipsi vel procuratori ejus, Nobili Francisco Bonaventuri. Quod nos in rationibus D. tuae suscepturi sumus. Aliter ne fecerit.

Dat. Varsaviae die 15 Novembris A. D. 1570.

CCVI.

Sigismundus Augustus etc.

Capitaneo Oswiecimensi [1]).

Generose f. d. Prosili nas niektórzy panowie z Rad naszych za szlachetnym Kasprem Witkowskim, abyśmy dom jego, który ma w Kęciech na błoniu przy kącie Karkoszewskim,

---

[1]) Zygmunt Myszkowski, Starosta Zatorski i Oświecimski.

wolnym uczynili od jurysdykcyi i od popłatków miejskich. O czem iż tu natenczas dostatecznej sprawy wziąść nie mogliśmy, rozkazujemy wam, abyście do kancellaryi naszej znać dali, jeśliby co na tem należało pożytkom skarbu naszego, gdzieby ten dom tak libertowan był, jako nas o to żądaja, a inaczej nie czyńcie.

Dat. Varsaviae die 15 Novembris 1570.

CCVII.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater s. n. d. Ex iis rebus, quae ex Hispaniis nuntiantur, de quibus nos praeter litteras Volscii, etiam ex ipsis P. vestrae litteris intelleximus, incipimus esse spe meliore de negotiis nostris. Quo magis danda est opera, ut hunc fortunae cursum studiis nostris prosequamur. Si quid P. vestra eo scripsit per haec tempora, quemadmodum id nunc jam arbitrio ipsius permisisse nos meminimus, cupimus a P. vestra fieri certiores. Concordiae sicuti appetentes videri nolumus, ita, si qua spes ejus affulserit, praesertim a fonte ipso et non a rivulis oblata, eam non inviti amplectemur. Sed haec quidem soli P. vestrae scribimus. Neapoli etiam non existimamus nobis defuturum esse studium novi istius Viceregis, de quo ad nos optima quaeque adferuntur. Itaque confestim incipiet P. vestra animum ejus erga nos summa cura fovere: ut, cum ad rem ventum fuerit, benigno eo et favente uti posse videamur. Inprimis autem dicet P. vestra nos in solvendis 13 m. istis experimentum esse capturos amoris et benevolentiae ipsius: ut intelligamus, quantum nobis in reliquis polliceri debeamus. In quibus quidem si nobis prompta ac expedita ipsius voluntate uti licuerit, nos quoque illi promptam nostram ac expeditam

voluntatem non gravate declaraturos esse. De Regina Sueciae [1]) quod per tabellarios superiores P. vestra scripserat haustum ex sermonibus aliorum, inane esse existimamus, praesertim quod per proximam hanc postam nemo de eo verbum ullum faciat. Si quid tamen fuerit, faciet nos P. vestra primo quoque tempore certiores. Interim autem providendis quoque et moderandis ejusmodi rebus, quantum maxime poterit, omni suo studio et labore non deerit. Brancatio ad ea, quae petit pro filio, respondemus ex sententia P. vestrae. De Marina exspectamus, quid P. vestra constituat cum S. D. nostro. De Montio [2]) dedimus jampridem mandata ad Agentem nostrum, ea cujusmodi fuerint, ex ipso intelliget. Persio Catanco, pro quo princeps Massae [3]) intercedit, numerari jam jussimus Neapoli scutorum 400. Hoc P. vestra Principi ipsi significabit.

Franciscum a Ponte quod attinet, dicet P. vestra sibi nondum a nobis responsum esse. Intelligimus enim non alia in re nobis operam ipsius fuisse hactenus necessariam, quam in nonnullis scripturis, quae morte patris ipsius, qui negotia nostra gessisse dicitur, ad manus ejus pervenerant. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae die 26 Novembris A. D. 1570.

CCVIII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Cardinali Hosio.

I. et R. in Christo pater ac D. D. observandissime. Obsequiorum meorum commendationem. Quod ad singulas epistolas

---

[1]) Katarzyna Jagiellonka.
[2]) Ludwik Monti.
[3]) Alberyk I z domu Cibo, Margrabia Carrary, Książę Massy.

I. P. vestrae non respondeo, petii jampridem dari hanc veniam ab I. P. vestra occupationibus meis: praesertim quoties nihil est ejusmodi, quod differri non possit. Nunc quod scribit cupere, sibi ad quasdam litteras, quas sub finem Augusti ad me dederat, responderi, ego quidem ternas tantummodo in Augusto ab I. D. vestra ad me scriptas reperio, unas die quinta, alteras die duodecima, postremas die decima nona ejus mensis: in quibus nihil ejusmodi contineri video, quod responso indigeat: nisi forte de titulo Pomesaniensi intelligat I. P. vestra, de quo tamen a me die 13 Septembris responsum esse memini. Nec plures epistolas eo mense datas reperio. Sed quoniam video tamen desiderari litteras de data die 26 Augusti, eas cum hoc tempore reperire nequiverim, perquiri jubebo et, ubi invenero, ad ea, quae opus erunt, diligenter respondebo. Interim tamen poterit me I. P. vestra de eo admonere, si illi videbitur, ad quod sibi a me prae ceteris velit responderi. Nam ego quod sciam, ad omnia soleo I. P. vestrae respondere, quae mihi aliquo videntur responso indigere. Quod attinet responsum Regiae Maj. ad breve S. D. nostri de titulo Pomesaniensi, id quoque propediem mittetur ad S. ejus. Quod negotia R. Majestatis attinet, ex ipsius Majestatis litteris I. P. vestra sententiam de omnibus Majestatis ejus et nunc cognoscet et antea semper cognovit. Optime valere I. P. vestram cupio, eique studia et obsequia mea commendo.

Dat. Varsaviae die 27 Novembris A. D. 1570.

CCIX.

Sigismundus Augustus etc.

Clodinio.

Venerabilis d. n. d. W liściech naszych teraźniejszych nic baczymy nic, coby odpisu od nas potrzebowało. Napotem bę-

dzieli co takiego, nie omieszkamy kazać napisać do W. T. Perseum Cataneum, który był pisarzem nieboszczyka P. Przemyślskiego [1]), odprawcie, skoro tam pośle kogo imieniem swojem, według rozkazania naszego. A iż się tam nie przypisało, jakieby skuty być miały, tedy to przypuszczamy na dyskrecyę waszą pospołu i z J. X. Kardynałem, tylko żeby skuty były, a nie węgierskie złote, a ktemu żeby czterechset nie przechodziło. A już go odprawcie, aby zwłoką jaką waszą nie miał się potem przyczyny więcej u nas upominać. Brankacemu ad postulata ejus odpisujemy, tak jako W. T. z kopii, którą posyłamy, wyrozumiesz. Na inne rzeczy potem odpiszemy.

Dat. Varsaviae 28 Novembris 1570.

CCX.

Sigismundus Augustus etc.

Camillo Braucatio.

Magnifice s. n. d. Intelleximus ex litteris S. tuae ea, quae pro filio suo a nobis petere videtur. Quem etsi nos quidem amare jam quodammodo incipimus, adducti cum benevolentia nostra erga ipsam S. tuam, tum etiam ipsa commendatione S. tuae, nec dubitamus, talem illum fore, quali recte ad obsequia nostra uti posse videamur: tamen ea est hoc tempore ratio rerum nostrarum, ut nunc de eo, quod S. tua petit, constituere nobiscum non potuerimus. Ubi constituerimus, non patiemur S. tuam ignorare. Interim S. tua de nostra erga se liberosque suos benevolentia sibi certissime persuadeat et negotia nostra curae habeat magis atque magis, ea praesertim, quae sunt de argento et expilata haereditate. At bene valeat.

Dat. Varsaviae die 28 Novembris A. D. 1570.

---

[1]) Piotra Barzego.

CCXI.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Brancatio.

I. et magnifice D. amice charissime et honorande. Incommoda aetatis suae, de quibus ad me scribit M. vestra, etsi mihi quidem minime jucunda acciderunt, tamen hoc quidem debent ferri a M. vestra aequius, quod non videantur profecto esse ejusmodi, quae aut magnopere, quod absit, M. vestram affligere, aut eam a rebus gerendis avocare possint. Alioqui ego quoque ipse, qui tamen aetate aliquanto sum minore, tamen ab incommodis valetudinis liber esse non possum. Pro filio M. vestrae non peperci labori meo apud S. R. Majestatem. Quid profecerim, ex ipsis Majestatis ejus litteris intelliget. Deinceps etiam ad eandem rem defero meum studium I. M. vestrae, quoad opus erit. Quam optime valere cupio.

Dat. Varsaviae die 28 Novembris A. D. 1570.

CCXII.

Idem.

Clodinio.

R. D. amice charissime. Jużby zaprawdę czas zaniechać takich listów, jakie przychodzą od W. M., a zacząć jaką inną smaczniejszą piosnkę, bo i ja nie mogę mieć tantam alacritatem pisać do W. M., póki takie listy przychodzić będą. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae die 28 Novembris A. D. 1570.

CCXIII.

Idem.

Principi Massae [1]).

I. D. D. amice observandissime. Cum accepissem litteras I. D. vestrae pro Persio Cataneo scriptas, erat jam tum benignitate S. R. Majestatis, domini mei, negotium hoc omne expeditum. Etenim Majestas illius memor prioris commendationis I. D. vestrae pro illo factae, scripserat ad Agentem suum Neapolim, ad quem modum rationem velit haberi commendationis istius I. D. vestrae. Qua de re etiam scripsit Majestas illius ad Internuntium suum Hispaniensem, ut ex eo Persius cognosceret. Itaque, confecta re omni, nihil restare videbatur. Poterit Persius, cum voluerit, Neapolim mittere et, quae illi beneficio et gratia Regiae Maj. assignata sunt, capere. Ego porro quacumque in re I. D. vestrae inservire potero, in ea me addictissimum esse nomini et virtuti illius demonstrabo. Quam optime valere cupio.

Dat. Varsaviae die 28 Novembris A. D. 1570.

CCXIV.

Idem.

Podoscio.

R. D. amice charissime et honorande. Co mi W. M. piszesz o P. Geraltowskiego, w tem ja jużem dał znać dostatecznie W. M. mentem Regiae Maj., bo pomnię, iż przed kilką niedziel pisałem o tem ręką swą W. M. Summa est, iż już tu

---

[1]) Alberyk I.

będzie miał miejsce na dworze J. K. M. takie, na którem on przestawać będzie, tak co się tycze urzędu, jako co się tycze prowizyi. Jedno niechajby już przyjeżdżał, nic nie mieszkając, co rychlej na dwór J. K. M. Jakoż by to był dawno P. Geraltowski uczynił, jużby był do tych czasów mógł przyjść ku jakiemu miejscu zacniejszemu. Lecz jeszcze wszystko przed nami, jeśli jedno przyjechania swego odwłaczać nie będzie. Możesz mu W. M. to wszystko powiedzieć, a chociaż i list pokazać. Bo acz wiem, żem i sam przedtem mu o tem wszystkiem pisał, jednak i to pokazać mu W. M. możesz, co teraz W. M. piszę. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae die 5 Decembris A. D. 1570.

Upominki pisarzom do kancellaryi obiecał J. K. M. posłać. Ale iż kolenda nadchodzi, już tam W. M. z swego to zastępu na ten czas, a Król J. M. to zasię W. M. nagrodzić rozkaże. Takież i Doktorowi Beberowi kup W. M. jaki upominek i oddaj mu W. M. od J. K. M, a Król J. M. to zasię rozkaże zapłacić, albo, si ita videtur, wypisz W. M. jeśli żeby Król J. M. miał mu posłać stąd kosmaczyny jakie.

Z inochodnikami też już tych dni wyjeżdżają do Cesarza J. M. i konie do karety Cesarzowej rysiowate.

CCXV.

Sigismuudus Augustus etc.

Summo Pontifici [1].

Beatissime pater &c. Scripseram anno superiore ad S. vestram, me, maximis et ecclesiae rationibus maxime accommodatis causis adductum, consensisse Generoso Stanislao Sendi-

---

[1]) Pius V.

vogio etc., ut is ad eum commendoriatum Coadjutorem cum futura certa successione sibi assumeret Generosum Adamum N., fratris sui filium. Petebamque tunc a S. vestra pro mea erga S. hanc Sedem pietate, ut ipsa quoque S. vestra, quantum ipsius in ejusmodi rebus, quae etsi non mere ecclesiasticae, tamen ecclesiasticis conjunctae sunt, interesset, velit eam rem ratam esse, quam ego, jure meo regio usus, aequissimam et cum Regno meo, tum ecclesiae quoque utilissimam esse judicassem. Quod igitur anno superiore petii, id nunc quoque iterum atque iterum peto et quaeso: nec dubito S. vestram ejus petitionis meae rationem esse habituram. Nam quod ad me adfertur, Melitensium potissimum gratia negotium hoc per S. vestram hactenus dilatum fuisse, equidem perscribi diligenter jussi ad R. in Christo patrem D. Cardinalem Varmiensem, ut is scrupulum hunc S. vestrae eximat et Melitensibus nihil hoc facto decedere ostendat: cum ego quidem jam inde a divis majoribus meis in possessione ejus juris solus semper fuerim et Commendator hic meus nulla in re alia ad auctoritatem ordinis illius confugere necesse habeat, praeterquam in ipsis insigniis capiendis, idque etiam non ad Melitenses ipsos, sed ad ipsum duntaxat Bohemiae Magistrum Generalem. Sed haec et cetera ex R. ipso domino Cardinali meo Varmiensi S. vestra intelliget. Illud ex me, si se S. vestra ad postulata haec mea accommodaverit, futurum, ut et possessionibus ejus commendoriatus rectissime consulatur, et ipsa quoque nobilissima et catholicissima in Regno meo Czarucoviorum familia, gratia ejusmodi S. vestrae recreata, libentius etiam deinceps in S. Sedis Apostolicae obedientia perseveret. Commendo etc.

Dat. Varsaviae die 28 Novembris.

CCXVI.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater s. n. d. Multis rationibus monemur, ut nobis idem illud de Coadjutoria Commendoriatus Posnaniensis iterum tentandum esse hoc tempore existimemus, quod olim anno superiore coepimus. Nam et rem esse ecclesiae utilem intelligimus et ejusmodi sunt erga nos divosque majores nostros Czarncoviae merita familiae, quod ipsa P. vestra non ignorat, ut jure optimo illam esse quam ornatissimam cupiamus: nec minus S. ipsa Sedes Apostolica cupere deberet, propter singularem et constantem ejus familiae erga se observantiam. Quid negotii sit, non arbitramur P. vestrae memoria excidisse. Agitur enim, ut, quod nos, usi jure nostro regio, assensimus Generoso Stanislao Sendivogio Czarnkowski, curiae nostrae Referendario et Commendatori Posnaniensi, Drahimensique et Inovlodensi Capitaneo, ut is in Coadjutorem sibi ejus Commendoriatus cum certa futura successione cooptaret Generosum Adamum, fratris sui, Capitanei majoris Poloniae Generalis filium, id ipsius quoque S. Sedis Apostolicae auctoritate, quantum ipsius in re non prorsus quidem ecclesiastica, sed tamen ecclesiasticae conjuncta interest, roboretur. Itaque scribimus etiam iterum hoc tempore ad S. D. nostrum, quas litteras reddet P. vestra et petitionem nostram sua quoque opera et studio adjuvabit. Id autem ut facilius possit, mittimus illi scripta quaedam, ex quibus et jus nostrum Regnique nostri ad eum Commendoriatum intelliget tale, quale in consortium quidem sui neminem nobiscum admittit, et rationes denique totius ejus Commendoriatus agnoscet: quae quidem ejusmodi sunt, ut, praeter nomen fere ordinis, nihil illi aliud cum Melitensibus aut Rhodiensibus sit commune: nihil etiam cum alio quopiam

externo ejus ordinis homine, praeterquam quod a solo Bohemiae Generali insignia ordinis Commendator noster Posnaniensis petere consuevit citra tamen ullum nostrum Regnive nostri praejudicium. Quae quidem insignia et Commendator is, qui nunc est, jam petiit, et Coadjutor ejus petere suo tempore non praetermittet. Neque enim refragamur, quominus, salvis nostris Regnique nostri juribus in eo Commendoriatu, instituta quoque ordinis ipsius in eo observentur. Sicuti de his quidem omnibus quae sit sententia nostra, intelliget P. vestra ex responso quodam litterarum nostrarum, quod ante annos quattuor Magistro ipso Melitensi dedimus, cujus responsi exemplum P. vestrae mittimus. Cupimus autem, ut P. vestra eam rem universam ita curet, ut et voluntati meae primo quoque tempore satisfiat et praejudicii nihil juri nostro generetur. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae die . . . .

CCXVII.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Farnesio [1]).

R. in Christo patri &c.

R. in Christo pater D. amice noster charissime et honorande. Ita est nobis familia Czarncoviorum inter nobilissimas et vetustissimas Regni nostri familias commendata, ut, qui ejus gentis sunt, etiam amplissimis quibusque honoribus dignissimi a nobis judicentur. Quorum cum ceterae virtutes praeclerae sint, tum illa propemodum praeclarissima, et quae S. Sedi Apostolicae probatissima esse deberet, quod singularis est eorum omnium in catholica religione constantia. Quamobrem cum assensissemus Generoso Stanislao Sendivogio a Czarnkow, curiae nostrae Referendario et Drahimensi ac Ino-

---

[1]) Aleksander Farnese, Kardynał, protektor Polski.

vlodensi Capitaneo, ut is sibi in Coadjutorem Commendoriatus Posnaniensis ordinis S. Joannis Hierosolymitani assumeret fratris sui filium, Generosum Adamum Sendivogium a Czarnkow, quemadmodum anno superiore ad ipsam quoque P. vestram scripsimus, cupiebamus assensum hunc nostrum auctoritate S. D. nostri, uti in re non mere quidem ecclesiastica, sed tamen ecclesiasticae conjuncta, confirmari. Verum hactenus dicitur, S. D. nostrum, nescimus, quae ratio Melitensium tenuisse, quominus S. ejus desiderio nostro assentiendum sibi esse existimaret. Quamobrem mittimus nunc pleraque scripta ad R. in Christo patrem D. Cardinalem Varmiensem, ut is ex ejusmodi scriptis scrupulum omnem de Melitensibus S. ejus eximat et S. ejus de jure nostro in eum Commendoriatum plenissime doceat. Petimus a P. vestra, ut ipsa quoqe velit easdem res ex eodem R. D. Cardinali Varmiensi cognoscere et, cum pro sua humanitate Czarncoviorum familiae, tum etiam pro singulari erga nos benevolentia, juri nostro in hoc facto non deesse. Quod si auctoritate P. vestrae ad optatum exitum adductum fuerit, jucundissimum prorsus nobis est futurum. Alioqui juri profecto nostro neutiquam deesse posse videremur. Bene valeat P. vestra.

Dat.

CCXVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater s. n. d. Redditas esse Cardinalibus litteras nostras, praetereaque lectum esse iis exemplum earum litterarum, quas ad S. Hispaniarum Regem scripsimus, tum denique quid singuli eorum P. vestrae responderint, ex litteris P. vestrae intelleximus. De quorum quidem singulorum consiliis quid nobis videatur, alio tempore P. vestrae significabimus.

Quod enim semel nobis deliberatum est responsum ad litteras nostras S. Hispaniarum Regis exspectare, in eo persistimus. Ubi responsum habuerimus, facilius de re tota constituemus. Ne autem vel perpetuo, quod istic nonnulli vereri videntur, vel nimium diu exspectemus, bona nos spe jubet sedulitas Internuntii nostri, quem ea potissimum de causa illuc misimus et in cujus diligentia hactenus nihil desideramus. Sed videtur tamen hucusque S. Hispaniarum Rex legitimam non respondendi ad litteras nostras excusationem habuisse, propter occupationes nuptiarum: quibus quidem absolutis, confidimus Serenitatem ejus nobis esse responsuram, vel jam saltem S. ipsi D. nostro, ex cujus nos quidem responso non minus statuere poterimus, quid nobis sit porro faciendum. Interim mensem unum atque alterum exspectare non pigebit. Omnia enim prius experiri sapientem decet. Exemplum litterarum nostrarum ad Serenitatem ejus communicatum esse cum Cardinalibus, etsi istic nonnullis aliter P. vestra videri scribit, tamen nobis quidem, posteaquam factum est, non displicet. Meminimus enim nos id P. vestrae arbitrio permisisse tum, cum illius animum eodem inclinare animadvertissemus. Hoc minus autem displicet, si P. vestra id suo non nostro nomine facere se ostendit, et si praeterea non quasi de S. Rege ipso queri, sed nostrum erga Serenitatem ejus vere fraternum animum testari ea re velle visa fuit, ut ostenderet se hac ejusmodi animi nostri significatione fretam, spem certissimam concepisse, fore, ut Serenitas ipsius pro singulari sua justitia et aequitate, optimo huic et vere fraterno nostro erga se animo, qui facile ex litteris illis apparet, optimo vicissim et fraterno suo animo respondeat. Reliquisse quidem P. vestra descriptum exemplum earum litterarum apud quemquam, non arbitramur. Hoc est enim potissimum, quod, qui secus sentiunt, aliquid omnino dicere viderentur.

De Marina Arcamona quid porro fiat, cupimus intelligere. Fernandum Torres tantam fidem et studium erga nos prae se

ferre, quantum a nonnullis praedicatur, nec tamen unquam hactenus ab illo P. vestram conventam esse, demiramur.

Tredecim millia, quae apud Viceregem restant exigenda, non dubitamus curae fore P. vestrae. Hoc enim facilior fuerit explicatio earum pensionum, quae quibusque debentur. Nos quidem ex iis, quae Volscius scribit de obtento mandato S. Hispaniarum Regis ad Viceregem, solvendae hujus summae gratia, bona spe sumus, nos esse tandem ad eam perventuros, praesertim post tantum decretum illic constitutum donativum. Si quid praeter spem evenerit, faciet nos P. vestra certiores. De transcribenda Neapoli P. vestrae pecunia ex reditibus illius Varmiensibus, jampridem P. vestra sententiam nostram ex litteris R. Vicecancellarii nostri cognovit. Equidem de tota illa nostra Neapolitana, pecunia antequam litteras P. vestrae habuissemus, aliter constitueramus, a quo nobis discedere non licet. Citatum esse Romam Barrabam, ex litteris P. vestrae intelleximus, equidem Deus ipse pugnare pro nobis videtur. Quod si est, ne ille quidem meritas scelerum suorum poenas non effugiet, etiam tacentibus nobis et Dei solius potentiam intuentibus. Illud quidem P. vestra et horum similia non obscure ferre potest, sicubi in sermonem ejus rei inciderit: ut, homines si taceant, quos plurimos testes facinorum suorum Barrabas hic sustulisse dicitur, lapides certe ipsos esse vocem adversus haec tanta latronis scelera edituros ostendat. In reliquo ne se immisceat, sed Deum ipsum, qua coepit, agere permittat: ipsa satis habeat ostendere, suo quidem judicio haec et maxima quaeque supplicia ipsum jampridem commeritum fuisse. Accusatores in eum alere nihil est necesse, ne nepotem quidem illius, qui se ostendit esse paratum ad accusandum. Nam et salvo conductu stante, de quo scribit P. vestra, illum de aliis causis respondere interim non teneri, nulla accusatione quicquam profecerimus et sane jucundum est videre, quantum valeat Dei potentia, nullis humanis opibus sustentata. Nam nos quidem Pontificis Rom. auctoritatem, qua Romam

ad causam dicendam evocatus est, Dei ipsius viventis manum interpretamur. Bene valere P. vestram cupimus.

Dat. Varsaviae die 19 Decembris A. D. 1570.

CCXIX.

Sigismundus Augustus etc.

Clodinio.

Venerabilis d. n. d. Baczymy z listu waszego, iż tam rzeczy nasze za łaską Bożą temi czasy nie najgorzej idą, by jedno P. Bóg do końca tak, jako począł, szczęścić raczył. W pilności waszej i w życzliwości nic nie wątpimy. Oczekiwamy od was dalszych nowin, co dalej będzie tak około trzynaście tysięcy, o które już pisał Król J. M. Hiszpański do Vicereja, aby nam były zapłacone, jako i około expilatam haereditatem, w której kauzie naszem baczeniem moglibyśmy teraz mieć więcej i potężniejszych świadków, za tem zapozwaniem Papagody do Rzymu, gdyby jedno przyszła rezolucya z Hiszpanii, aby ex officio procedowano. Nie przestajcie o obudwu rzeczach solicytować, ile być może, bo tam są nicktórzy, twierdząc, iż ledwie się będzie mogło co in aliis rebus przeciw Papagodzie procedować, durante actione inquisitionis. Acz my inaczej rozumiemy, przypatrując się temu, jako przeciwko Rossis, który też jest z Papagodą in eadem navi, przedsię się procedowało przeciw niemu in Tribunalibus Neapolitanis de causa ingratitudinis etc. O czem dajcie nam też znać. Co się tycze tego zapozwania, im to sami lepiej wiecie niż kto inny, iż się to stało mimo wszelaką wiadomość naszą, tem to możecie snadniej baczyć, iż gdzieby ludzie przeciwko temu człowiekowi złemu czynić nic nie chcieli, tedy P. Bóg sam drogę najdzie, jako złe a wszystkiemu światu wiadome sprawy jego znacznie karać będzie. I radzibyśmy wiedzieli, jeśli to tam ci ludzie tandem baczą.

Pisał nam coś X. Kardynał, iż Fridericus, nepos jego chciał był do Rzymu jechać, instygować nań, tylko iż mu o sumpt szło, i dlatego widziało się X. Kardynałowi, abyście mu byli dali duk. 50. Ale nam się to nie widzi, częścią dla innych przyczyn, częścią też dlatego, abyśmy się tem lepiej przypatrzyli, ten P. Bóg, który go tak karać począł, co z nim nakoniec sam bez ludzkiej pomocy czynić będzie.

Tem dostawaniem inwentarza ab haeredibus Jacobi Calchi, chociaż per curiam, jako piszecie, to jest, żeby go curia wzięła a wam go podała, nie bawcie się nic, i to jest rozkazanie nasze.

O Marinę Arkamonę, co się dzieje, znać nam dajcie. Takież i o wszystkich innych rzeczach.

Dat. Varsaviae die 19 Decembris A. D. 1570.

CCXX.

Sigismundus Augustus etc.

Francisco Krupka.

Nobilis f. d. Gdy wam ten list nasz oddan będzie, starajcie się, abyście sam do nas, czasu nie długo zwłócząc, przyjechali, bo was mamy czem innem na posługach naszych zabawić. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 19 Decembris A. D. 1570.

CCXXI.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Montio [1]).

Generose D. amice charissime et honorande. Lectae sunt D. vestrae litterae S. R. Majestati. Ad quas quid Majestas ejus

---

[1]) Ludwik Monti.

de singulis capitibus D. vestrae respondeat, ex litteris ipsis Majestatis ejus cognoscet. Quod attinet provisionem D. vestrae, quod potui, feci, amplius praestare non possum. Illud praestiti, quod D. vestra in futurum scutatis solutionem suam accipiet, non ducatis communibus, ut hactenus fiebat. Commendo me plurimum D. vestrae, quae bene valeat.

Dat. Varsaviae die 19 Decembris A. D. 1570.

CCXXII.

Sigismundus Augustus etc.

Montio.

Generose s. n. d. Aviculas, quas nobis S. tua missuram se promittit, exspectamus a S. tua. Cum miserit, judicium nostrum de illis ad ipsam perscribemus.

De equis quod scribit, intelleximus. Volumus autem ante omnia a S. tua certiores fieri, quod genus hoc equorum sit, de quibus scribit: sintne, ut vulgo dicunt, Ginetti, an Corsieri, an di doi selle, tamen praeterea Neapolitani sint, an Lombardi, an aliarum provinciarum, et cujus equitii.

De fratre ordinis S. Augustini, de observantia, quem esse singularem artificem scribit numismatum incidendorum, postea S. tuae de voluntate nostra perscribemus. Interim quidem studium S. tuae, quod nobis in ejusmodi rebus demonstrat, gratissimo animo accipimus.

Dat. Varsaviae die 19 Decembris A. D. 1570.

CCXXIII.

Sigismundus Augustus etc.

Pucciuo [1]).

Generose n. d. Quae ad nos misisse se scribit S. tua, ea nondum vidimus, nec oleum virginis in vasis vitreis, nec barilia ulla sive olivarum, sive lucanicarum. Cum allata ad nos fuerint, judicium nostrum de iis S. tuae perscribemus. Gratum est tamen nobis hoc studium erga nos S. tuae, quod prae se fert. Rassam [2]) etiam a S. tua exspectabimus, quam missuram esse se ad nos scribit singularem et singulari artificio laboratam.

Interim quod ad nos scribit de legatione reipublicae suae ad civitatem Florentiam, quam sperat ad se delatum iri, poterit S. tua in eo facere, quod illi magis placuerit. Nos enim, si opera S. tuae uti voluerimus, postea S. tuae significabimus.

Dat. Varsaviae die 19 Decembris A. D. 1570.

CCXXIV.

Franciscus Krasinski, Viceancellarius Regni.

Clodiuio.

R. D. amice charissime. Iż się W. M. za Kamillem Brankacym przyczyniasz, rozumieliśmy dobrze, iżeś to W. M. czynił jako rogatus. Stąd jako się mu na to odpisało, z kopii listu, która się zarazem W. M. posłała, wyrozumiałeś W. M. Co się

---

[1]) Jan Baptysta Puccini, jeden z Sekretarzy i Agentów zagranicznych Króla Zygmunta Augusta.

[2]) Rassa, z włoskiego: raso, atłas.

tycze płacenia jurgieltu jego, on o tem sam nic nie pisze, ani tego w liściech swych najmniej tyka. Będzieli co potem pisał, domyślimy się, jako mu będzie odpisać. Interim W. M. wiesz, jako mu płacić masz, bo i w przywileju jego jaśnie to opisano i potem dała się jeszcze jaśniejsza rezolucya w liście J. K. M. na co więcej, widzę, iż temi czasy rzecz trudna i prawie nie podobna. W czem przyjacielsko przestrzegam W. M. Listy od W. M. już teraz, chwała Bogu, smaczniejsze przychodzą, bo i o Angelech modestius W. M. piszesz i ostatek mustacciołmi cukrujesz.

Mustacciołów jeszcze nie widać. Angelów co się dotycze, widzę, że i do tych czasów jeszcze swego nie mają. Ja im czynię dobrą otuchę z tego, co widzę w liściech W. M. Lecz, iż res ipsa ejus generis est, iż zlecona być nie może, jedno praesenti pecunia, proszę, staraj się W. M., aby mogli przyjść co najrychlej ku swym pieniądzom.

Około Papagody [1]) i nepotem jego Fridericum wyrozumiesz W. M. mentem Króla J. M. z listów J. K. M.

O mannę staraj się W. M. przeze mnie, nie możeli być de fronde, więc de corpo, a poślij mi W. M., proszę.

Do P. Stempowskiego [2]), skoro się trafi, pisać będę o dług Brankacego, bo teraz abest a curia, ale się trafia do niego pisać. Miawszy posła do niego, napiszę tak, iż się o ten dług czuć będzie.

Około Krupki rewokowania jakiejśmy sam pracy użyli i co za słowa od J. K. M. odnosili, to ja i Doktor Patrycy [3]) dobrze wiemy. Ostatnia, po długich a częstych rozmów z J. K. M. około tego, ta konkluzya była. Już niechaj Krupka [4]) przyje-

---

[1]) Jan Wawrzyniec Papagoda.
[2]) Stanisław Stempowski.
[3]) Ksiądz Patrycy Nidecki.
[4]) Franciszek Krupka.

dzie do nas, ale się to nam ni kąska nie podoba, iż tak młodo, jeszcze nie zasłużywszy, już nas nie słuchają. Mówiło się ze strony W. M. ode mnie i od D. Patrycego nie mało, cukrując posługi W. M. J. K. M., przypominając, jako dobrze idą rzeczy J. K. M. za sprawą tam W. M., co jednak J. K. M. przyznawał, jedno iż wszystko replikował około tego niesłuchania, tedyśmy my składali to z W. M., a kładliśmy na Adwokaty etc. Lecz i to nie prawie satisfaciebat J. K. M. A wszakże na rewokacyę Krupki przyzwalał, dokładając jednak, iż obróciwszy Krupkę na insze swe posługi, chce tam W. M. kogo innego posłać, jakom też to przedtem wyrozumiawszy z J. K. M., dawał znać W. M. A tak posyłam list J. K. M. do Krupki revocatorias do ręku W. M. i kopię jego, żebyś W. M. namyśliwszy się, jeśli W. M. przy sobie Krupkę wolisz (który acz jest sługą J. K. M., jednak nie za towarzysza posłan jest do W. M., ale za tego, którego W. M. do posług używać możesz), czyli wolisz kogo inszego tam towarzysza mieć, którego stąd koniecznie posłać chce J. K. M. dla niektórych swych przyczyn, tedy albo oddaj W. M. list Krupce a on sam przyjedzie, albo nie oddawaj, bo go dlatego posyłam do ręku W. M. Do Krupki nec in hanc, nec in illam partem nic nie piszę, aż mi W. M. dasz znać, co z tym listem Króla J. M. uczynisz, który do Krupki W. M. posyłam. Jest się na co rozmyślić. Ja zjednawszy to W. M., coś mnie W. M. przez kilkanaście swych listów prosił, jednak com przy tem słyszał, tom chciał breviter dać znać W. M. Z tej trochy, ostatka się W. M. domyślisz, wspomniawszy, com też przedtem W. M. w tej mierze znać dawał. By mnie obierać przyszło, wolałbym to, czegoś W. M. do tych czasów nie wolał. A wszakoż to niechaj będzie in arbitrio W. M., ja protestor me praemonuisse. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae die 19 Decembris A. D. 1570.

CCXXV.

Idem.

Cardinali Hosio.

I. ac R. in Christo pater et D. D. observandissime. Obsequiorum meorum commendationem. In negotiis S. R. Majestatis quae sit Majestatis ejus sententia, ex litteris Majestatis ejus I. P. vestra cognoscet. Nos hinc etsi rarius scribimus, quod sane facimus partim impediti occupationibus nostris, partim etiam quod malemus interdum minus fastidiosa legi in litteris I. P. vestrae, tamen non minus amamus et observamus I. P. vestram, ejusque res omnes non minori profecto curae habemus, quam si assidue scriberemus. Hoc igitur continuo scribendi officio excepto, quod, quaeso, ne in nobis P. vestra I. tantopere requirat, cetera omnia prolixe I. P. vestrae deferimus. Et tamen cum erit aliquid, quod I. P. vestram scire interesset, ne in hoc quidem genere officium nostrum desiderari patiemur, modo I. P. vestra ea, quae scribuntur a nobis, in bonam non in malam partem interpretetur. Non solent ne ii quidem, quos scribit Canonicatus duntaxat somniare, aliud, quantum ego video, prae se ferre, quam singulare quoddam erga I. P. vestram studium, quod in omnibus illius negotiis libenter declarant, quod quidem me virtuti et industriae eorum testimonium quoniam olim manu etiam mea ad I. P. vestram scriptis litteris menimi tribuere, magnopere cuperem testimonio huic meo apud I. P. vestram locum esse, non mea magis quam I. P. vestrae causa. Litterae I. P. vestrae ad Regiam Majestatem de reipublicae nostrae negotiis scriptae, lectae sunt heri Majestati ejus. Legit D. Patricius [1]) summo cum studio. Majestas autem ejus audi-

---

[1]) Patrycy Nidecki.

vit non solum patienter universas, sed etiam expendens singulas pene sententias earum. In quo me quidem ejusmodi adjutorem habuit, qualem genus negotiorum ipsorum, amor in patriam, studium erga I. P. vestram requirebat. Nec praeterea quisquam alius aderat. Totum tempus hesternum audientiae meae in hac una re est consumptum. Sed mihi tamen plurima et obtinuisse apud Majestatem Regiam et confecisse videor, cum mecum sermones eos, quos inter legendum Majestas ejus nobiscum tam de rebus ipsis, quam de I. P. vestra habuit, memoria repeto. Itaque et mihi sane gaudeo et I. P. vestrae gratulor. Lectae sunt heri summo vesperi et hodie tabellarius discedit; ita, ut inter alias occupationes responderi I. P. vestrae Regiae Majestatis nomine non potuerit. Respondebitur alias. Nunc summatim de iis I. P. vestrae significandum esse existimavi, ut intelligat non tam a nobis curam religionis posthaberi, qui in aula versamur, quam ii fortassis ad I. P. vestram perferunt, qui sunt nobis inimici. Utinam qui, inclinante religione, magistratibus his praefuerunt, tantam curam et studium ad conservandam attulissent, quantam nos adferimus ad instaurandam, facilius omnia retineri, quam nunc recuperari poterant. Sed nos plerumque vetera laudamus, virtutem praesentem propemodum odimus. Me quod attinet, nemini concedo, ut is religioni melius malit: qua una intelligo non solum fortunas meas, quarum a me semper ratio habita est perexigua, sed etiam salutem animae meae et salutem totius reipublicae contineri. In ea sane re non est, quod me I. P. vestra aliter apud se traduci a quocumque patiatur. D. Coadjutori R. D. vestrae adhuc publice nihil negotii facessitur, occultae duntaxat quorundam machinationes emergere incipiunt, quae a me quidem omni studio comprimuntur et, quoad opus erit, semper, quantum potero, comprimentur. Non dubito omnia tandem, sedatis primis istis impressionibus, tranquilliora fore. I. P. vestram optime valere cupio.

Dat. Varsaviae die 19 Decembris A. D. 1570.

CCXXVI.

Idem.

Episcopo Cracoviensi [1]).

R. in Christo pater et D. D. observandissime. Officiorum et obsequiorum meorum commendationem. Jako się trudnymi pokazują księża Ich M. z kapituły Cracoviensis w rzeczy słusznej i do tych czasów dosyć zwyczajnej, około rezygnacyi domu mego in personam sługi W. M., Doktora Montana [2]), to W. M. tam z nich wyrozumieć będziesz raczył. To najwięcej przedsiębiorą, iż jus hospitii zachować mi nie chcą, które inszym a jeszcze ktemu Biskupom zachowywali przy Biskupstwiech, gdyż Biskupi, jako W. M. dobrze wiesz, do domów kanoniczych nic mieć nie mogą. Ja co czynię, nie z niewoli czynię, bo jure optimo dom sam dzierżeć mogę, ale czynię przodkiem dlatego, iż wiem że Doktor Montan służy W. M., a potem abym miał okazyę wymawiać się ludziom, gdy mnie tam proszą o złożenie w tym domu, którzy, ut fit, i dom plugawią i ulice smrodzą, i księżej Ich M. niepokój in vicinia czynią. Za to więc moje officium przeciwko słudze W. M. i konfratrowi naszemu i także przeciwko kapitule nie dzierżę, abym zasłużył utracić jus hospitii w domu, którego jeśli Doktorowi Montanowi nie puszczę, tedy jako teraz omni jure mój jest, tak i do woli Bożej moim będzie, to tylko kapituła mieć w zysku będzie, iż dom albo przez ten czas pustym stać będzie, gdyż ja pro hac vice mieszkać w nim nie mogę, albo iż się trudno tym wymawiać, którzy tam częstokroć z dworu jadąc, o stanie proszą, tedy będą w nim tacy i owacy ludzie mieszkać, którzy podczas mogą sąsiadom być

---

[1]) Filip Padniewski.

[2]) Jakob Montan, Kanonik Krakowski.

molesti. Ano mojem zdaniem przystojniejby, aby tam confrater raczej mieszkał niż kto obcy. Mam za to, gdzie się im to rozwiedzie a przystąpi auctoritas W. M., iż się dalej trudnymi stawić nie będą. Alioqui i z strony swej i z strony W. M. nie mogłaby mnie ta rzecz nie obchodzić. Zalecam pilnie przyjacielskie służby moje W. M.

Dat. Varsaviae die 19 Decembris A. D. 1570.

CCXXVII.

Idem.

Georgio Fabio.

R. D. amice charissime. Salutem &c. In mittendis iterum D. vestrae R. litteris commendaticiis ad S. Hungariae Electum, non defuit meum studium. Verum Majestas ejus Regia, quod semel scripsit, scripsisse se dicit: et certe ipsa etiam R. D. praesens intellexit, quanto labore primae illae litterae obtentae fuerunt. In aliis rebus libenter R. D. vestrae gratificabor. Quae bene valeat.

Dat. Varsaviae die 19 Decembris A. D. 1570.

CCXXVIII.

Idem.

Ticinio.

R. D. amice charissime. Co się tycze tego pozwania Papagody do Rzymu, o którym mi W. M. piszesz, equidem Deus pro nobis pugnare videtur, tem bardziej, iż to non modo non procurantibus, ale prawie insciis nobis est factum. Już tak przyjdzie do końca pokój dać, a przypatrować się, co dalej sam P. Bóg czynić będzie. To W. M. wiesz, i to możesz śmiele pro-

fiteri, iż to wszystko i jeszcze większe supplicia postępki Papagodzine zasłużyły, które dziwna by rzecz, by P. Bóg miał zostawić inulta. De negotio Cleri quid futurum sit, cum factum fuerit, faciet me D. vestra tempestive certiorem. Bene valeat.

Dat. Varsaviae die 19 Decembris A. D. 1570.

CCXXIX.

Idem.

Puccino [1]).

Generose D. amice charissime. Negotia omnia D. vestrae sunt mihi magnae curae. Verum non semper vacat respondere ad singulas litteras D. vestrae. Nunc quo animo accipiat Majestas Regia studium D. vestrae, ex litteris ipsius Majestatis intelliget. Oleum et cetera, quae misisse se scribit, nondum vidimus. Rassam etiam istam singulari, ut scribit, artificio contextam, exspectamus. De stipendio suo ne sit sollicita. Dabo enim operam, quantum maxime potero, ut etiamsi aliorum forte hominum minor ratio habeatur in ejusmodi pensionibus persolvendis, habeatur tamen in persolvendo D. vestrae, uti servitoris Majestatis ejus.

De 780 ducatis, quos deberi sibi scribit, equidem rem non teneo, nec satis intelligo, quid in causa sit, aut quid D. vestra potissimum requirat. R. D. Posnaniensis Episcopus [2]) totum hunc fere annum in legationibus externis consumpsit, a quo haec intelligere poteram. Quae quidem ubi satis intellexero, D. vestrae non deero in omnibus his, quae aequa et honesta fore cognovero. De legatione, quam sibi D. vestra a republica sua

---

[1]) Jan Baptysta Puccini, Sekretarz i Agent Króla Zygmunta Augusta.

[2]) Adam Konarski.

impositum iri sperat, dixi copiose Regiae Majestati, etiam de iis poenis, quas D. vestram subire oporteret, si legationem ad se delatam detrectaret. Quamobrem quae sit de eo voluntas S. R. Majestatis, ex ipsius litteris D. vestra cognoscet. Quam bene valere cupio.

Dat. Varsaviae die 19 Decembris A. D. 1570.

CCXXX.

Sigismuudus Augustus etc.

Ticinio.

Venerabilis d. n. d. Ten list nasz oddajcie bez omieszkania S. D. nostro, którym odpisujemy na breve S. ejus, które nam nie dawnemi czasy oddano było.

Dat. Varsaviae die 19 Decembris A. D. 1570.

CCXXXI.

Sigismuudus Augustus etc.

Summo Pontifici [1]).

Beatissime pater &c. Ea, quae nuper inter Caes. Majestatem et S. Nepotem meum constituta concordia est, de qua mihi S. vestra amantissimis et vere paternis suis litteris iterum atque iterum gratulatur, etsi ejusmodi est, ut permultum me in eam studii operaeque contulisse infitiari non possim, tamen re ipsa nemini praeterquam soli Deo Optimo et Maximo merito est tribuenda: qui conatus in hoc genere meos pro numinis sui gloria et bono christianitatis susceptos ac per multos

---

[1]) Pius V.

annos variis eventibus continuatos secundare tandem et ad optatum exitum adducere voluit. Itaque in gratulatione ego quidem S. vestrae paternum ipsius erga me animum libenter agnosco, de re ipsa tamen nonnissi Deo immortali ipsi gratias cum ipsa S. vestra ago agendasque esse existimo. Velim autem S. vestra sibi persuadeat, me ne in eo quidem, ad quod praeterea hoc tempore ab illa tam pie et tam paterne invitor, labori meo unquam pepercisse, hortando, monendo, alloquendo, litteris manu etiam mea scriptis S. Nepotem meum compellando, vellet fidem ac religionem, in qua natus, baptisatus et educatus est, catholicam constantissime tueri, nec se ditiones que suas, circumlatus ventis istis novarum doctrinarum, eo praecipitare, quo misera aliquot regna ac imperia christiana praecipitata esse videmus, cum maximo et animi nostri moerore et populorum illorum confusione ac perturbatione et regnorum ipsorum propemodum interitu manifesto. Sed quantum tamen in eo profecerim, res ipsa loquitur, ego dolorem interea meam non renovabo. Nunc etsi vix quicquam est, quod a me in hoc genere praetermissum esse videatur, et quamquam ejusmodi negotia, quae studia laboresque nostros toties frustrata sunt, alacritatem magnam adferre non possunt iis, qui ea sunt aliquando resumpturi, tamen auctore quidem S. vestra, in opus ipsum etiam atque etiam incumbam, et, quae mihi ratio suscipiendi ejus negotii accommodatissima esse videbitur, eam libenter inibo et persequar: eventum ipsum D. Deo committens, in cujus manu principum corda sunt, ut ea pro arbitrio suo fingat aut refingat ad laudem et gloriam nominis sui sempiternam et ecclesiae catholicae tranquillitatem. Commendo &c.

Dat. Varsaviae die 19 Decembris A. D. 1570.



Akta 1570 roku

z Miesiąca

Stycznia, Lutego, Marca
i Kwietnia.

CCXXXII.

Sigismundus Augustus etc.

Duci Mantuae [1]).

I. principi &c.

Habet nobilis Petrus Maffon, servitor noster, qui annis proxime superioribus postae nostrae Italicae praefuit, nonnihil controversiae cum subdito I. vestrae quodam Baptista Brello, Mantuano, propter pelles quasdam et alias merces Moscoviticas. Quamobrem supplicavit nobis, ut eum I. vestrae litteris nostris commendaremus, ut justitia et aeqitate I. vestrae possit jus suum de adversario obtinere. Equidem ita nobis de I. vestra persuademus, freti singulari quadam nostra erga I. vestram benevolentia, nihil esse aequi et honesti, quod I. vestra servitoribus nostris a se petentibus negare velle videatur, etiam sine intercessione litterarum nostrarum. Quo magis sane confidimus Maffoni huic, in justissima causa illius, I. vestrae gratiam et aequitatem defuturam non esse; quem ita diligenter I. vestrae commendamus, ut vix diligentius aliquid facere posse videamur. Gratissimum nobis I. vestra fecerit, si dederit operam, ut sine longis litium ambagibus possit primo quoque tempore jus suum de subdito I. vestrae obtinere. Cognoscet nos vicissim I. vestra et subditi I. vestrae, si quando usu venerit, in ejusdem modi praestandis officiis promptissimos. Quam bene valere cupimus.

Dat. Varsaviae die 9 Januarii A. D. 1571. Regni nostri 41.

---

[1]) Wilhelm, Książę Mantui i Monteferratu † 1587 r.

CCXXXIII.

Sigismuudus Augustus etc.

Stauislao Clodiuio.

Venerabilis d. n. d. Iż tam snać coś około liczby po nieboszczyku Stempowskim służył nam J. Baptista Casnedus, jako nam i Adwokaci nasi sprawę dają, przeto rozkazujemy wam, abyście mu dali ducatos communes Neapolitanos in carlinis centum. Quos nos in rationibus suscepturi sumus.

Dat. Varsaviae die 9 Januarii A. D. 1571.

CCXXXIV.

Sigisnundus Augustus etc.

Petro Volscio.

Generose f. n. d. Nie tak sami mamy sam stąd co do was pisać, jako listów z nowiną jaką pocieszną od was czekamy. Zwłaszcza gdzieśmy już przed kilką niedziel dali wam znać o wszystkiem ultimam resolutionem nostram, jakobyście mieli z tamtemi pany w tej rzeczy imieniem naszem postąpić. Nie wątpimy, iż w to dobrze ugodzicie, gdyż zwłaszcza rzeczy tak idą, jako piszecie. Więcej nie rozumiemy, coby pisać, jedno iż was upominamy, abyście tych okazyj przyjechania Królowej J. M. [1]), odjechania Diatrichstenowego [2]) i rezolucyi też naszej nie upuszczali. Jeśli nie upuścicie, mamy za to, iż jeśli nie jedno, tedy wzdy drugie co pomoże. A piszcie do nas o wszystkiem, tak jako czynicie.

Dat. Varsaviae 9 Januarii A. D. 1571.

---

[1]) Anna, Królowa Hiszpańska.

[2]) Adam Dietrichstein, Poseł Cesarza w Hiszpanii.

CCXXXV.

Franciscus Krasinski, Viceeancellarius Regni.

Petro Volscio.

G. D. amice charissime. Bardzo to W. M. dobrze czynisz, iż okazyi pisania do nas żadnego czasu nie opuszczasz. Nihil aliud deest, jedno żeby tam szczęście W. M. posprzyjało do sprawowania rzeczy zleconych W. M. od Króla J. M. Jakoż z listów W. M. nie najgorsza nadzieja się pokazuje, której nadzieję staraj się W. M. abyś popierał pilnością i solicytowaniem swem, na których rozumiesz, iż ta rzecz należy. Wszak już masz W. M. instrukcyę dostateczną od J. K. M. Już też i Królowa J. M. przyjechała, już podobno i P. Diatristani *(tak)* z Arcyksiążęty Ich M. odjeżdża, już nakoniec rzecz, którą Rada Włoska impediebat, z ich ręku wyszła, tak jako W. M. piszesz, a na kilku innych ludzi przednich a Królowi J. M. Panu naszemu życzliwych zawisła. Unum vide, ne nos ipsi nobis defuisse videamur. Czego ja o W. M. nie dzierżę, gdyż zwłaszcza znasz W. M. łaskę J. K. M. przeciw sobie, tak w datku, jako i w innych rzeczach. Do czego wszystkiego ja, jakom począł, rad będę W. M. do końca pomagał. Od nas W. M. tak częstego pisania nie czekaj, bo do W. M. nie masz co, a co innego jest dosyć. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae die 9 Januarii 1571.

CCXXXVI.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Augustano [1]).

R. in Christo pater D. amice noster charissime et ho-

[1]) Otto Truchses, Biskup Augustański, Kardynał.

norande. Ex sermone R. D. Vincentii Portici, S. Sedis Apostolicae apud nos Nuntii, abunde intelleximus, quod etiam antea non ignorabamus, de singulari studio et amore erga nos P. vestrae. Quae res hoc etiam nobis gratior et jucundior accidit, quod P. vestra id, quod erga nos jampridem sua sponte facit, vult etiam aliquo merito erga se nostro facere videri. Ad quam quidem si modo se unquam occasio obtulisset, quoniam semper, jam inde ex quo primum P. vestram cognovimus, admodum propensi fuimus, etiam deinceps, ut nos per omnem occasionem propensissimos esse P. vestra cognoscat, operam daturi sumus. Bene valere P. vestram cupimus.

Dat. Varsaviae die 9 Januarii A. D. 1571.

CCXXXVII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Episcopo Conchensi.

R. in Christo pater et D. amice observandissime. Cum multis aliis ex rebus, tum etiam ex sermone et litteris Generosi D. Petri Wolski, Internuntii, intelligebam semper R. D. vestram esse S. Regis et domini mei amantissimam; proxime autem id ex ipsis R. P. vestrae litteris ad me scriptis plane judicavi, quibus quidem litteris et id, quod dixi, R. P. vestra apertissime testatur, et praeterea hoc ipsum illo manifestissimo indicio confirmat, quod Ferdinandum Navedam, unum ex familiaribus suis, ad obsequia Regiae hujus Majestatis applicare constituit, si qua in re Majestas illius opera ipsius uti velit. Qua de re memini etiam aliquanto ante ad Regiam ipsam Majestatem ab R. P. vestra perscriptum et Majestatis ejus nomine R. ipsi P. vestrae responsum esse. Quamobrem cum iterum eadem de re Regiam ipsam Majestatem essem alloquutus, id quod quidem R. P. vestrae causa feci perlibenter, confirmare

iterum Majestas illius non dubitavit, se operam hujus Navedae, si quando ibi ejusmodi officiis opus habuerit, omnibus istic aliis antepositurum esse vestrae quidem inprimis R. P. gratia, cui propter singulare ipsius erga se studium et amorem, non in vulgaribus modo istis officiis, sed in maximis et gravissimis rebus quibusque, regiam suam benevolentiam paratam se esse ostendit declarare. Ego porro, qui apertissimis indiciis optimum R. P. vestrae erga Majestatem ejus animum cognosco, dabo operam, ut R. P. vestra omnibus in rebus, sive apud Regiam Majestatem ejus pro R. D. vestra procurandis, sive meo etiam ipsius nomine pro illa suscipiendis, me esse sui studiosissimum perspiciat et cognoscat. Illa modo, quod coepit, Generosum D. Volscium Regiae hujus Majestatis justitia et aequitate plenissimis, quantum maxime potest, juvet. Optime valere R. P. vestram cupio.

Dat. Varsaviae die 9 Januarii A. D. 1571.

CCXXXVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Podoscio.

Venerabilis d. n. d. Pamiętamy, żeście nam pisali in Junio albo in Julio, iż onych dwu koni, które było wzięto na mycie w Koszycach Sienieńskiemu, Podkomorzemu Sanockiemu [1]), J. C. M. wrócić rozkazał i dlategośmy o tem byli do was pisać przestali. Teraz znowu uciekł się do nas Podkomorzy, dając nam znać, iż tych koni nie tylko mytnicy nie wrócili, ale iż tak się stawią, jakoby o tem żadnego rozkazania Cesarza J. M. nie mieli. Co wszystko wyrozumiecie z kopii listu tych mytników, który do Podkomorzego pisali i któryś-

---

[1]) Mikołaj Sienieński, syn Zbigniewa, Kasztelana Sanockiego.

my my sami widzieli. Przeto rozkazujemy wam, abyście znowu Cesarzowi J. M. tę rzecz przełożyli i o to się starali, jakoby już te konie były tandem przywrócone, żebyśmy dalej o tę rzecz molestowani nie byli.

Starajcie się też, aby Cesarz J. M. rozkazał sprawiedliwość czynić temuż Podkomorzemu Sanockiemu z Kinderismi, którzy są ziemianie pod jurysdykcyą Kapitana Koszyckiego. Skarży się jeszcze tenże Podkomorzy, iż jemu i szwagrowi jego Janowi Humnickiemu zabrano poddane, nasławszy na grunt nasz, i posadzano je z bydłem etc. pod Makowicą. A tak o to wszystko starajcie się, aby sprawiedliwość była i karanie, bo do tych czasów snać tych poddanych wydać nie chcą.

Dat. Varsaviae die 9 Januarii A. D. 1571.

CCXXXIX.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Varmiensi.

R. in Christo pater s. n. d. Quae ad nos P. vestra, desumpta occasione ex litteris, ut ait, recessus comitiorum nostrorum proximorum, perscribit, ea intelleximus et, quantum maxime fieri potuit, nobiscum expendimus. Principio autem magnopere demirati sumus, tum quod ad P. vestram ea perscripta sint, de quibus nobis ne per somnium quidem in mentem veniebat, tum vero quod a P. vestra conntiuo pro veris sint accepta, quae sunt ab officio ipso nostro Regis per Dei gratiam Catholici et christiani aliena. Equidem in litteris ipsis recessus, quae litterae, nobis scientibus, sunt publicatae, nihil ejusmodi inesse videmus, quod P. vestra significat: ut sive voluntate, sive adeo assensu nostro, ulla de religionis dissidiis sopiendis deliberatio suscipi unquam debeat ab hominibus potestatis nostrae. Scimus enim et libenter fatemur, religionem

sacrosanctam catholicam ad defendendum modo et ad conservandum nobis esse traditam, non ad judicandum de controversiis illius. Quod etiam in his istis comitiis non obscure tulisse nos apud omnes ordines Regni nostri, non ignorat, ut videmus, P. vestra, quamquam ea quidem non in recessus litteris comprehensa sunt, ut ipsa arbitratur, sed in charta quadam separata, ad instantiam paucorum quorundam in primo illo comitiorum aestu et fervore edita, deinde etiam ab iisdem illis fere neglecta et deserta. De religionis igitur dissidiis componendis actum aliquid esse in comitiis, non putamus: de tollenda civilium quarundam rerum controversia, audiebamus sane nonnullas rationes inter ordines ipsos tentari: verum sicut rem salutarem illam quidem et ad regium officium nostrum pertinentem non impediebamus (scit enim P. vestra ejusmodi controversias legibus publicis nobis esse permissas ad sopiendum), ita nos non immiscebamus iis, quae privatim inter ordines duntaxat tentari, non etiam ad exitum ullum deduci videbantur. Atque hoc sane primum est, quod in litteris P. vestrae demirati sumus.

Sed non minus illud alterum, quod scribit de confessione, nescimus, qua iisdem istis comitiis nobis oblata: quam ipsa confusionem appellat. Etsi enim aliquid ejusmodi sub tempus illud comitiorum editum esse in publicum, ex R. D. Episcopis intelleximus, tamen nec legimus ipsi quicquam ejusmodi, nec hactenus vidimus, nec offerri nobis a quoquam meminimus. Quae cum ita sint, hortamur P. vestram et serio ab illa postulamus, ne tam faciles deinceps aures tribuat vel scriptis, vel sermonibus cujuscumque de ejusmodi rebus.

Jam vero, quae adfert de edicto Parczoviensi adversus Trinitarios et Anabaptistas conscripto, cetera hoc tempore praetermittimus, illud quidem scimus, jussu ac mandato nostro conscriptum fuisse, eo sane consilio, ut exsecutioni primo quoque tempore posset demandari. Ceterum quid intercesserit, quominus, ut optatamus, vigorem suum fuerit consecutum, quod quidem nunc etiam reipublicae Regni nostri judicamus futurum

fuisse inprimis salutare, P. vestra ipsa non ignorat: nos nihil aliud, quam per nos id quidem non stetisse, vere affirmamus.

Postremo quod nos tot verbis P. vestra ad Christum Jesum confitendum adhortatur, officium hoc P. vestrae, magis ut ex abundantia pietatis illius, quam ex necessitate ulla profectum, in meliorem partem accipimus. Nos enim quod attinet, cum illud regibus praecipue a rege ipso et propheta in psalmis dictum esse intelligamus, ut se non solum ne opponant adversus dominum et adversus Christum ejus, sed etiam ut apprehendant et osculentur Dei filium, regem a patre Deo constitutum, per quem nos etiam ipsos, quamvis indignos, regem esse constitutum agnoscimus, dedimus semper operam, quantum quidem in nobis fuit, atque adeo, quantum maxime in nobis erit, etiam porro dabimus, ut Christo regi suus et debitus honor in Regno nostro conservetur. Verum in regno dicimus, non in confusione rerum omnium aut in civili seditione, ad quam fere intempestivo isto ardore religionis, quem Apostolus vocat zelum, non secundum scientiam deventum esse in vicinis quibusdam regnis atque imperiis cernimus: et quam non aliud fere consequi videmus, quam religionis simul et reipublicae in illis terris, in quibus invaluit, interitum et occasum. A quo profecto consilio semper fuit mens et cogitatio nostra aliena. Nec injuria quidem, ut arbitramur. Quemadmodum enim adversarii et hostes religionis haeretici, non aliter se religionem posse perturbare existimant, quam re ipsa publica perturbata, ita nos contra non aliter religionem ipsam, nisi in pacata republica salvam fore nobis persuademus. Hoc igitur excepto, quod classicum canere belli civilis in tranquilla per Dei gratiam a majoribus nobis relicta republica nolumus, studium quidem nostrum religioni catholicae nunquam omnino deesse patiemur. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae die 10 Januarii A. D. 1571. Regni vero nostri A. 41.

CCXL.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Varmiensi.

R. in Christo pater s n. d. Cum nobis et S. D. noster et plerique alii S. R. E. Cardinales R. D. Vincentium Porticum, Nuntium ad nos venientem, magnopere per litteras suas commendarint, existimabamus vicissim licere nobis quoque, post aliquot cum illo exactos annos, ipsum istum testimonio nostro commendare: non tam propter augendam hominis dignitatem, quamquam huic quidem etiam rei, propter ipsius nonnulla erga nos, plurima erga S. Sedem Apostolicam merita, impensissime favemus, quam testandi officii nostri gratia in iis rebus, quas cum ad Sedis ipsius Apostolicae dignitatem, tum etiam quodammodo ad Dei Maximi gloriam pertinere arbitramur. Sed quoniam scribit P. vestra, periculum esse, ne commendatio nostra propemodum obsit illi apud S. D. nostrum propter quorundam hominum blasphemias, de quibus ad nos scribit, P. quidem vestram labore isto commendandi eum deinceps liberamus, mirari tamen interea non desinimus, cur, cum apud Deum Optimum et Maximum ne filius quidem portet iniquitatem patris, apud ipsum Dei et Christi Vicarium, quod peccant alii, id alii obesse debeat: aut vero, cum Deus ipse labores solos coronet, nullo interdum profectu subsequente, cur Dei Vicarius et labores negligat in coronando et profectus. Inter ceteros enim, quos ante hunc Nuntios Apostolicos hucusque in Polonia vidimus, neminem profecto esse vidimus, cui noster hic cedere debeat, sive voluntate et studio de religione catholica bene merendi, sive etiam magnitudine meritorum ipsorum. Id quod quidem et res ipsa, tum in promovendis summa diligentia apud nos catholicis, tum in multis nobilibus viris ad ecclesiae gremium revocandis, per se cognita abunde loquitur, et testimo-

nium etiam litterarum nostrarum ad S. D. nostrum et ad aliquot S. R. E. Cardinales de ea re verissime scriptarum satis confirmat. Quod cum ita sit, magis etiam multo miraremur, esse aliquem nostrorum, qui loqui contra ea, quae nos in hoc genere vere scripsimus, aut, quae nos tanta asseveratione apud S. D. nostrum confirmavimus, ea quocumque modo infirmare uspiam ausus fuerit. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae die 10 Januarii A. D. 1571.

CCXLI.

Exemptio a jurisdictione civili.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus etc. Quod nos ad intercessionem quorundam Consiliariorum nostrorum pro honesto Andrea de Bari, fabro ferrario nobis factam, ipsum et uxorem ejus ab omni alia jurisdictione et praesertim castri et civitatis Leopoliensis, in qua domicilium habere dicitur, eximendum esse duximus et eximimus praesentibus litteris nostris ad extrema vitae ipsorum tempora. Ita, ut a nemine, occasione quarumcumque rerum, etiam praetensionum contra dicta domum et melioramenta per ipsos, ut dicitur, facta, criminalibus duntaxat causis exceptis, ad officium sive castrense, sive consulare, aut judicium advocatiale vocari, neque apud judicium ullum, praeterquam apud Tribunal nostrum Regium respondere debeant. Libertatibus tamen et praerogativis omnibus ejus civitatis, in qua domicilium habent habuerintve, non minus quam ceteri civium illorum perfruantur. Juribus et oneribus nihilominus nostris omnibus, ex domo eorum provenientibus, manentibus salvis et integris. Quod omnibus in universum subditis nostris, quacumque dignitate, statu et conditione exsistentibus, praesertim vero Proconsuli et Consulibus, Advocato et Scabinis civitatis praedictae

Leopoliensis, denuntiamus et ad eorum indubitatam notitiam deducimus. Mandantes illis et severe praecipientes, ut nequam sibi in eundem Andream de Bari jurisdictionem aut potestatem usurpent, imo eum in praerogativa iis litteris concessa conservent, eaque ita, uti nos quidem velle intelligunt, libere et sine quovis negotio perfrui et gaudere patiantur. Tum etiam omnibus ad quos spectabit, tam per praeconium seu edictum, quam alio modo solito et consueto, eam praerogativam intimari faciant. Quod si quis contra ipsorum bona per ipsos possessa aliquid praetenderet, ei nos ipsi jus et justitiam ministraturi sumus. Pro gratia nostra. In cujus rei fidem etc.

Dat. Varsaviae 10 Januarii A. D. 1571.

CCXLII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Cardinali Hosio.

I. et R. in Christo pater ac D. D. observandissime. Obsequiorum meorum commendationem. Hunc novum et multos alios insequentes annos cupio I. P. vestrae advenire faustos et fortunatos. Venit huc R. D. Cromerus, Coadjutor Episcopatus I. P. vestrae, ex cujus litteris omnia, quae ad causam ejus pertinent, non dubito I. P. vestram esse cognituram. Itaque sum brevior. Unum illud addo, me in ea causa nullas partes praetermissurum esse amici hominis et I. P. vestrae studiosi. De Vancinulio quid scribam praeter ea, quae in litteris Majestatis Regiae sunt scripta, non habeo: praesertim, cum memoriale illud, quod se mittere ad mé I. P. vestra innuit, non habuerim. Itaque nec quid aut communicandum cum Regia Majestate aut non communicandum sit, satis constituere potui. Ubi ad me illud P. vestra I. miserit, tum demum de hac tota re constituere potero. De repraesen-

tanda P. vestrae pecunia Neapolitana in Aprili, non videtur ex re esse, Majestatem Regiam molestare. Scribo tamen meo nomine Clodinio, ut I. P. vestrae prae ceteris potissimam in solvendis pensionibus rationem habeat. Reliquum optime P. vestra I. cum illo solo confecerit, ita, ut molestiam nobis hoc nomine exhibere necesse non habeat. De contributione Prussica amplius quid scribam, non habeo. Si enim in potestate Regiae Majestatis non est, ea, quae publico omnium ordinum consensu imperata sunt, immutare, videt I. P. vestra nullum suasionibus meis relictum esse locum. Quod mansorum et laneorum discrimen attinet: commune est etiam Masoviis nostris, qui et ipsi cum mansos arent, laneorum tamen contributionem solvunt. Quod autem scribit P. vestra I. exemplum se ad me mittere eorum, quae in hoc genere in Prussiam scripsit, id etiam non accepi. Optime valere I. P. vestram cupio.

Dat. Varsaviae die 17 Januarii A. D. 1571.

Addidit R. D. manu sua pleraque de religione, in quibus illud, quod Reg. Majestas offenditur interdum ejusmodi scriptis ipsius.

CCXLIII.

Idem.

Podoscio.

R. D. amice et frater charissime ac honorande. Trudności tych W. M., o których mi W. M. piszesz, tak około bezpienięża, jako około włóczby i przejazdów, ex animo żałuję. Lecz temu pro hac vice ratunku innego dać nie mogę. Inszego czasu, per aliquam honestam et commodam occasionem, przełożyć tego nie zaniecham. Interim przedsię starać się będę, iż wzdy ta obiecana kolenda kancellaryi posłana będzie, co rozumiem, iż będzie wrychle, da-li Bóg.

Pana Jakóba Miłoszewskiego o wojskie [1]) nie opuszczę, i mam już wszystkie do tego potrzebne rzeczy z podpisem ręki Króla J. M., chociaż X. Borukowski [2]) na to się nasadził, aby to było inaczej poszło.

Respons Cesarza J. M. około Xiążęcia Pruskiego widziałem. Baczę, iż nie mała differencya od tego, jakoś się W. M. spodziewał i jako też sam Internuntius ducis ejusdem z relacyi tych posłów Pruskich, którzy tam w Spirze to negotium tractarunt, Królowi J. M. sprawę daje. Napisze się potem więcej o tem W. M., jeśli co będzie potrzeba, jakoż podobno będzie. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae 17 Januarii 1571.

CCXLIV.

Idem.

Clodinio.

R. D. amice charissime. J. X. Kardynał skarży się na niedostatek a okazuje pilną potrzebę swoją pieniędzy co najprędzej. Ja iż nie wiem, jakoby inaczej J. M. na ten czas ratować, proszę, abyś W. M. z pierwszych pieniędzy, które W. M. będziesz miał obrócić na płacenie provisionariis, zapłacił ante omnes provisionarios J. X. Kardynałowi assignamentum jego, gdyż na tem szkoda żadna J. K. M. nie będzie, a J. X. Kardynałowi pomoc nie mała. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae die 17 Januarii 1571.

---

[1]) Zapewne o urząd Wojskiego.

[2]) Ks. Jan Borukowski, Kanonik Krakowski, Sekretarz Królewski.

CCXLV.

Idem.

Ticinio.

R. D. amice charissime. Tej nowinie o Barrabaszu conjecto in carcerem, co dalej, tośmy tu bardziej radzi, ciesząc się tem, iż wzdy na świecie najduje się jeszcze sprawiedliwość, a iż nullum malum remanet impunitum. By miał mieć ten człowiek digna praemia suis factis, jampridem vivere desiisset. Ale to Panu Bogu a sprawiedliwości Suae S. polecić. W. M. przedsię dawajcie znać, co się dalej z nim dziać będzie. Stąd nie wiem, co innego W. M. pisać. Bene valere D. vestram cupio.

Dat. Varsaviae die 17 Januarii A. D. 1571.

Kasnedowi waszemu obtinuimus tandem ducatos communes Neapolitanos centum.

CCXLVI.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater s. n. d. De Papacoda [1]) conjecto in carcerem intelleximus: tum etiam, quibus verbis P. vestra hunc illius casum sit apud Cardinalem de Pisis prosecuta. Quod nobis quidem probatur. De fovendis in eum accusatoribus sumptu nostro, ex superioribus nostris litteris ad 19 Decembris datis, sententiam nostram P. vestra cognoscet. De quo etiam ad Agentem nostrum Neapolitanum scripsimus.

---

[1]) Fryderyk Papagoda, synowiec Jana Wawrzyńca.

De Marina et de processu in crimine expilatae haereditatis certum aliquid istinc exspectamus. Interïm tamen, cum ad nos P. vestra antea scripserit, immunitatem illi concessam fuisse, ne ad ullas alias accusationes praeterquam de religione respondere cogatur in ullo judicio, haud scimus, an etiam de expilata haereditate possit adversus eum procedi, si forte ex Hispaniis aliquid ejusmodi concessum fuerit.

De Scipione Rocco probamus admodum sententiam P. vestrae, ne quid interim cum eo ob dicendum testimonium contrahatur. Hortamur tamen P. vestram, ut exemplum ipsius testimonii, quod haberi scribit in actis auditoris camerae, ad nos mittat.

Ex Hispaniis de Cardinali Spinosa idem ad nos scribit Volscius. Utinam tandem aliquem partum videamus.

Tredecim millia illa jampridem nobis debita curae P. vestrae fore, non dubitamus. Cum Vancimulio rei nobis nihil est. Neque enim aut nobis per quemquam, aut per nos cuiquam fuit pro negotiorum nostrorum gestore commendatus. Una illa re excepta, quod ea quidem, quae ad nos ex Turcia adferebat et litteris fidei ad nos inde scriptis confirmabat, non audire non potuimus. Omnia tamen illa, ea profecto cautione adhibita, audivimus, ut et dignitati nostrae et securitati rerum omnium satis sit prospectum. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae die 16 Januarii A. D. 1571.

CCXLVII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Maffoni.

M. Pietro mio charissimo. Zmartwiłem się mocno, dowiedziawszy się z ostatniego listu o waszych kłopotach, albowiem pragnąłbym widzieć was zawsze w pomyślności. Zadość czyniąc waszemu żądaniu, posyłam drugi list od J. K. M. do Księ-

cia Mantui. Niezmiennie pozostając życzliwym, proszę gorąco Boga, aby zachował w zdrowiu i w pomyślności. [1])

Dat. w Warszawie, 17 Januarii A. D. 1571.

CCXLVIII.

Idem.

Montano.

Panie doktorze miły. To, co mi się godziło dla was uczynić około tego domu, uczyniłem, i mam za to, jeśli dojdzie, tak jakobym ja W. M. życzył, iż mi tego żal nie będzie. Lecz iż nas takie trudności excipiunt tam stąd, gdziem się ja wdzięczności większej pro meis meritis spodziewał, pacientia, nie tuszę, aby mię dalej wyciągać kto miał nad to, co uczynić mogę. Wiem, iż to prelaci inszym ultro czynili przedemną, o co ja teraz laboro; jako to i J. X. Biskup i wiele inszych privatim z kapituły znają. Gdzieby więc dopiero odemnie inny rząd, albo raczej nierząd począć chcieli niektórzy z kapituły, bardzoby mnie to obchodzić musiało, a snać gdziebym widział, iż mi ten despekt do końca wyrządzać chcą, umiałbym się za niewolą w tem czuć a o sobie myśleć, też chocia i na dalsze czasy, niźli sobie ci rozumieją, którzy się na tę praktykę przeciw mnie udali, nullo meo malo merito. A tak odpuśćcie mi, iż o takie zachowanie juris hospitii kłaniać się nikomu nie chcę, które już dawno mam za prawem tem, którem do tych czasów dom dzierżę. To uczynić mogę, i na to zezwalam, żeby mi na niczem inszem to jus hospitii zachowane nie było ad vitam meam, tylko na piwnicy jednej, która jest winna, a na sklepie, który jest nad tą piwnicą. Dalej żadnego possessora onerować nie chcę, choć tam jest daleko więcej piwnic i sklepów. A kto

---

[1]) Przekład z włoskiego.

wejrzy na sumpt, którym tam w tym domie uczynił; item na to, jako się na urzędzie tym swoim kapitule i kościołowi rad zachowam; item na to, iż innym zupełne na całym domie jus hospitii zachowane było: zda mi się, iż zeznać musi, iż non iniquum postulo. Jeśli tę kondycyę Ich M. przyjmują, ja na tem przestawam: jeśli nie, dalej się pociągnąć nie dam, gdyż mi się nie godzi. Bene valete et me amate.

Dat. Varsaviae die 17 Januarii A. D. 1571.

CCXLIX.

Sigismundus Augustus etc.

Clodinio.

Venerabilis d. n. d. Acz rozumiemy, iż wam X. Kardynał dał znać, jakobyście się przeciw Scipionowi Rocco zachować mieli około tego świadectwa, w którem się nam ofiaruje, wszakoż i my przestrzegamy was, abyście się z żadną rzeczą nie skwapiali, ani mu żadnej summy imieniem naszem za to nie ofiarowali, gdyż się jest na co w tej mierze oglądać, tak jako szerzej z Xiędza Kardynała alboście już wyrozumieli, albo jeszcze wyrozumiecie.

O Flaminium Castagnarum namyśliwszy się, damy wam znać rezolucyę naszą. Interim czyńcie mu otuchę o łasce naszej in genere.

O pieniądze starajcie się co najpilniej, zwłaszcza gdy Vicerex [1]) dobrą otuchę czyni. Insze wszystko tak, jako zawzdy piszemy, czekajac od was o każdej rzeczy częstego pisania, tak jako widzimy, iż czynicie, a w tem pilność waszą pochwalamy.

Dat. Varsaviae die 17 Januarii 1571.

---

[1]) Antoni Granvellano.

CCL.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Clodinio.

R. D. amice charissime. Iż mi W. M. dziękujesz za dostateczną expedycyę na to wszystko, o coś tu był W. M. pisał, tedy acz wdzięcznie przyjmuję hunc gratum animum W. M., jednak tak rozumiem, iż i teraz i zawzdy, quantum in me est, o to się staram, aby zawzdy zupełna a prędka expedycya była, zawzdy W. M. dawana, bo wiem, co na tym należy, który rzeczy pańskie, daleko od pana będąc, sprawować ma. Jedno i tegobym sobie niemniej życzył, aby i to się wdzięcznie przyjmowało, co się tam więc czasem inaczej odpisać musi, niżeś snać W. M. umyślił, bo się tu nie nasze miele, ale pańskie, cui per omnia obsequi necesse est. Co będziesz-li W. M. pamiętał, snadnie odpadną na stronę te suspicye, których się tam, jako widzę, potrosze niepotrzebnie zawadza, bo tu nie masz, ktoby W. M. nie miłował, jedno iż trzeba rozumieć, że się pańskie miele, jakom powiedział. O Krupkę, już to masz W. M. w mocy swojej uczynić z nim, co chcesz, gdyżem list revocatoriam jego posłał już dawno do ręku W. M. Z którym listem życzyłbym, abyś W. M. tak postąpił, jakoby było dobrze i Królowi J. M. przodkiem i potem W. M. O czem już się pisało ad fastidium.

Inne rzeczy z listu J. K. M. W. M. wyrozumiesz. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae die 17 Januarii A. D. 1571.

CCLI.

Sigismundus Augustus etc.

Spectabilibus et famatis Proconsuli et Consulibus, Advocato et Scabinis civitatis nostrae Cracoviensis, fidelibus nobis dilectis. Gratiam nostram regiam.

Spectabiles et famati f. n. d. Chcąc z powinności naszej królewskiej zabiegać tym rzeczom, któreby za czasem Rzeczypospolitej szkodę jaką przynieść mogły, rozkazujemy wam, abyście we trzydzieści dni po oddaniu wam i oznajmieniu tego mandatu naszego, kazawszy pierwej ten to mandat albo kopię jego po bramach miejskich rozbić i w pierwszy targowy dzień, który się trafi, przez woźnego obwołać, spisali dostatecznie imiona i przezwiska wszystkich a wszystkich cudzoziemców i przychodniów, mieszkających natenczas tam w Krakowie od dziesięciu lat niżej pod urzędem naszym kędykolwiek, tak w mieście jako na przedmieściu i wszędzie indzie, dokładając każdego z nich narodu, stanu, lat, rzemiosła, działu, zabawy i jako który z nich w tej tam osadzie dawno mieszka, bądź to mieszczaninem, bądź komornikiem, bądź gościem, bądź jakokolwiek inaczej. I tak spisawszy, abyście tego kopię jednę w księgach waszych zostawili, a drugą kopię pod pieczęcią swą na zamek do urzędu Pana Wojewody i Starosty waszego oddali, który w tej mierze ma już dalszą naukę naszą. Rozkazując każdemu cudzoziemcowi, będącemu pod posłuszeństwem waszem, aby o sobie taką sprawę dać był powinien przez te 30 dni naznaczone, pod winą odkazania od miasta zarazem, gdzieby tego albo sam przez się albo przez kogo innego, jeśliby sam przez słuszną przyczynę przed urzędem stanąć nie mógł, uczynić zaniedbał. Item chcemy i rozkazujemy, abyście w gościnnych domiech i wszędzie indzie po gospodach rozkazali srodze imieniem naszem, pod winą na każdego gospodarza sta czerwonych węgierskich złotych za każdym razem, aby od tego czasu na-

potem żadnego cudzoziemca nowotnego, któregokolwiek bądź stanu i narodu, nigdzie nie przyjmowano, bądź na noc, bądź na pokarm, ażby pierwej imię i przezwisko jego i insze rzeczy wyżej mianowane napisano, któreby potem albo tegoż dnia, jeśliby wczas przyjechał, albo nazajutrz niżby odjechał, do was oddano. A wy zasię takież do urzędu pana Wojewodzinego na zamek. Ktoby się więc albo spowiedzieć zgoła nie chciał, albo cudzoziemcem się być przał, albo się inaczej niźli jest spowiedział, ten, jako podejrzany człowiek, zadzierżan być ma od urzędu aż do nauki naszej. Co wszystko chcemy, aby na każdy tydzień raz w targowy dzień przez woźnego obwoływano i wznawiano było, ażeby imiona wszystkich ludzi cudzoziemskich, którzy tam przyjeżdżać będą, w jedne księgi miejskie wpisowane były, pod winą 500 czerwonych węgierskich złotych, każdy raz, gdziebyście w tych rzeczach niedbałymi się być pokazali.

Dat. Varsaviae die 23 Januarii A. D. 1571.

CCLII.

Sigismundus Augustus etc.

Magno Procuratori Cracoviensi.

Generoso Ludovico Decio, arcis nostrae Cracoviensis Magno Procuratori et fideli n. d. Gratiam nostram regiam.

Generose f. n. d. Chcąc z powinności naszej królewskiej zabiegać tym rzeczom, któreby za czasem R. P. szkodę jaką przynieść mogły, rozkazujemy W. T., abyś W. T. we trzydzieści dni po oddaniu i oznajmieniu tego mandatu naszego, kazawszy pierwej ten to mandat albo kopię jego na miejscach jawnych, tam gdziesiękolwiek zwierzchność urzędu W. T. ściąga, rozbić i w pierwszy targowy dzień, który się trafi, przez woźnego obwołać, rozkazał mieszczanom Kazimierskim i Kleparskim i wszę-

dzie indzie pod urzędem W.T. spisać dostatecznie imiona i przezwiska wszystkich a wszystkich cudzoziemców i przychodniów, mieszkających tam niżej dziesięciu lat, tak w mieściech jako na przedmieściu, i wszędzie indzie. Dokładając każdego z nich narodu, stanu, lat, rzemiosła, dziełu, zabawy i jako który z nich w tej tam osadzie dawno mieszka, bądź to mieszczaninem, bądź komornikiem, bądz gościem, bądź jakokolwiek inaczej. I tak spisawszy, abyście tego kopię jednę w księgach swoich zostawili, a drugą kopię pod pieczęcią swą, aby na zamek do urzędu pana Wojewody i Starosty Krakowskiego oddali, który w tej mierze ma już dalszą naukę naszą. Rozkazując każdemu cudzoziemcowi tam będącemu pod urzędem waszym, aby o sobie taką sprawę dać był powinien przez te 30 dni naznaczone, pod winą odkazania od miasta zarazem, gdzieby tego albo sam przez się albo przez kogo innego, jeśliby sam przez słuszną przyczynę przed urzędem stanąć nie mógł, uczynić zaniedbał. Item chcemy i rozkazujemy, abyś W. T. w gościnnych domach i wszędzie indzie po gospodach, pod urzędem swym, rozkazał srodze imieniem naszem, nakoniec i tym, którzyby się libertacyą albo wolnością jaką od urzędu W. T. szczycić chcieli, pod winą na każdego gospodarza stu czerwonych węgierskich złotych każdym razem, aby od tego czasu napotem żadnego cudzoziemca nowotnego, któregokolwiek bądź stanu i narodu, nigdzie nie przyjmowano, bądź na noc, bądź na pokarm, ażby pierwej imię i przezwisko jego i insze rzeczy wyżej mianowane napisano, któreby potem albo tegoż dnia, jeśliby wczas przyjechał, albo nazajutrz niżby odjechał, do urzędu oddano. A urząd zasię na zamek do urzędu pana Wojewodzinego. Ktoby się więc albo spowiedzieć zgoła nie chciał, albo cudzoziemcem się być przał, albo się inaczej niźli jest spowiedział, ten, jako podejrzany człowiek, zadzierżany ma być od urzędu aż do nauki naszej. Co wszystko chcemy, aby na każdy tydzień raz w targowy dzień przez woźnego zawzdy obwoływano, ażeby imiona wszystkich ludzi cudzoziemskich, którzy tam za czasem przyjeżdżać będą, w jedne księgi miej-

skie wpisowane były. Pod winą na urząd miejski pięćset węgierskich czerwonych złotych, gdzieby się w tych rzeczach niedbałym być pokazał, a W. T. abyś inaczej pod łaską naszą nie czynił.

CCLIII.

Sigismundus Augustus etc.

Palatino Cracoviensi [1]).

Magnifice s. n. d. Posyłamy te mandaty nasze do rąk W. M. około cudzoziemców, abyś W. M. przeczytawszy je a wyrozumiawszy wolę naszą, dojrzał tego wszystkiego, żeby to w exekucyę co najrychlej wwiedziono było przez te, którym należy. A sam też W. M. z urzędu swego staraj się i starać rozkaż wszędzie pod jurysdykcyą swą, aby w tej mierze pilność wszelaka czyniona była, dając nam znać co najczęściej o każdej rzeczy dostatecznie. A gdzieby co podejrzanego było, to zaraz z urzędu swego imieniem naszem opatrując, nakoniec i tam, gdzieby się libertacyą albo wolnością jaką od urzędu W. M. szczycić chciano, gdyż na tem nam i Rzeczypospolitej nie pomału należy. Więcej około tego W. M. pisać, rozumiemy, iż nie jest potrzeba, gdyż sam urząd W. M. a sama rzecz, która się przytrafi, nauczy W. M. wszystkiego, jako się W. M. sprawować będziesz miał. W czem abyśmy pilności urzędu W. M. doznali, żądamy i upominamy W. M. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae 24 Januarii 1571.

---

[1]) Stanisław Barzi, syn Piotra, Kasztelana Przemyślskiego.

CCLIV.

Sigismundus Augustus etc.

Antonio Latertiano.

Generose s. n. d. Rationibus negotiorum nostrorum ita postulantibus, hortamur S. tuam, ut negotia, quae istic habet, quam celerrime expediat et ad nos recta veniat. Habemus enim magnopere opus praesentia S. tuae. Aliter ne fecerit pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 25 mensis Januarii A. D. 1571.

CCLV.

Sigismundus Augustus etc.

Spectabilibus et famatis Proconsuli et Consulibus, nec non Advocato et Scabinis civitatis nostrae Cracoviensis, f. n. d. Gratiam nostram regiam.

Spectabiles et famati f. n. d. Intercedunt nonnullae controversiae nobili Sebastiano Montelupi, Praefecto Postae ac servitori nostro, simulque aliis cognatis et affinibus suis, cum egregio Alberto Saxonio Posnanita, medicinae Doctore, filio egregii olim Alberti Posnanitae, medici et physici nostri. Eae controversiae ut sine mora dirimi inter ipsos possint in judicio quocumque F. vestrarum, mandamus F. vestris, ut in judicandis his controversiis ita se gerant, ut partibus ipsis promptum et expeditum jus ac indilatam justitiam administrent, neque se a judicandis ac decidendis ejusmodi controversiis abduci patiantur ipsis etiam nostris litteris, si quae forte a nobis etiam cum subscriptione manus nostrae in contrarium emanarint. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 29 Januarii 1571.

CCLVI.

Sigismundus Augustus etc.

Generosis, Nobilibus, Strenuis, Spectabilibus, Famatis, Capitaneis et Burgrabiis arcium et locorum quorumcumque; Proconsulibus denique et Consulibus, Advocatis et Scabinis civitatum Episcopatus Varmiensis, f. n. d. Gratiam nostram regiam.

Generosi, Nobiles, Strenui, Spectabiles, Famati, f. n. d. Dedimus mandata quaedam nostra ad F. vestras, viva voce perferenda Generoso Joanni Demetrio Solikowski, Secretario nostro, in negotio Coadjutoriae Varmiensis, quam proxime ex consensu nostro R. Martinus Cromerus, Cantor et Canonicus ejusdem ecclesiae ac Secretarius noster obtinuit. Quae omnia quoniam ex mera voluntate nostra profecta sunt, mandamus F. vestris, ut praedicto Joani Demetrio Solikowski, Secretario nostro, plenam fidem in omnibus habeant, quae nomine nostro loquetur, et quae ex ipso intellexerint, in eo fidem suam nobis debitam desiderari ne patiantur, sed se in omnibus voluntati nostrae accommodent sine mora. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 30 Januarii A. D. 1571.

Adscribatur alicubi vel in litteris vel in instructione ad Capitulum Varmiense:

Regiam Majestatem sua sponte negotium hoc Coadjutoriae Varmiensis suscepisse et R. Martinum Cromerum, quamvis antea recusantem, Regiae tamen Majestatis auctoritate postea impulsum esse ad acceptandum onus Coadjutoriae istius. Quibus quidem rebus omnibus cum confirmatio praeterea S. Sedis Apostolicae accesserit, nihil amplius videre Majestatem Regiam, quod in hoc genere desiderari posse videatur. Quam-

obrem et esse jam quidem dictum, R. Martinum Cromerum Coadjutorem et a Majestate Regia ita appellari atque adeo pro vero Coadjutore Varmiensi haberi: nec secus a quoquam hominum Regiae Majestatis imperio subjectorum haberi aut appellari debere.

CCLVII.

Sigismundus Augustus etc.

Episcopo Plocensi.

R. in Christo patri, D. Petro Myszkowski, Episcopo Plocensi, aut ejus P. in spiritualibus Vicario vel Officiali generali, devote nobis dilectis, et aliis quibusvis, quorum interest vel postea interesse poterit. Gratiam nostram regiam.

R. in Christo pater s. n. d. Praesentavimus proxime P. vestrae ad Custodiam Plocensem, quae est jurispatronatus nostri, Venerabilem Stanislaum Krasinski, J. U. Doctorem, Scholasticum Gnesnensem, Archidiaconum Lencitiensem et Secretarium nostrum [1]), post obitum Venerabilis Andreae Przęcławski, hujus sacerdotii legitimum et immediatum possessorem: idque fecimus quam primum certum de illius obitu nuntium accepissemus. Quoniam autem ex admonitione quorundam in memoriam nobis revocavimus, nos ad hoc idem beneficium litteras praesentationis nostrae subscriptas manu nostra et sigillo nostro annulari sigillatas quibusdam personis olim dedisse in eventum quidem mortis, sed tamen vivente adhuc praefato Venerabili Andrea Przęcławski, beneficii hujus possessore, idcirco inniten-

---

[1]) Wzmiankowany tu Ksiądz Stanisław Krasiński, brat Księdza Franciszka Podkanclerzego, został później Archidyakonem Krakowskim, jak świadczą akta kapituły i nagrobek w kościele katedralnym krakowskim. Umarł r. 1598. (Patrz: Katalog biskupów, prałatów i kanoników krakowskich, ks. Łętowskiego.)

tes juri communi, quod omnes praesentationes hujusmodi et omnes omnino litteras, naturam vel vim exspectativae habentes, in universum tollit et abrogat, praedictas litteras praesentationis nostrae ad dictam Custodiam Plocensem sub annulari nostro sigillo emanatas tollimus et abrogamus praesentibus litteris declarationis nostrae, nolentes pro nunc alium quemquam pro vero et legitimo praesentato nostro ad Custodiam Plocensem praedictam haberi, quam eum, quem proxime P. vestrae praesentavimus per litteras nostras cum subscriptione manus nostrae et sigillo majori regni emanatas, Venerabilem scilicet Stanislaum Krasinski, Secretarium nostrum: quem solum et non alium ad eam custodiam instituendum, investiendum et recipiendum, iterum atque iterum, omni, quo possumus, meliori modo, per has litteras nostras declaramus. Derogantes omnibus in contrarium litteris nostris pro quacumque persona vel hactenus emanatis vel deinceps emanandis, quas omnino pro nullis haberi volumus. Hortamur autem serio P. vestram et alios, quorum interest, ita et non aliter habere volentes, ut hunc ipsum Venerabilem Stanislaum Krasinki, Secretarium nostrum, et neminem alium, ad praedictam custodiam instituant et investiant, eique et nemini alteri possessionem quietam et pacificam tradi jubeant, institutumque et investitum auctoritate sua ab omnibus tueantur et defendant: omnes ex adverso, quomodocumque intrusos, per sententiam suam destituant destituive jubeant, omnia denique faciant, quae ad Venerabilem Stanislaum Krasinski in ea custodia defendendum et conservandum, ad ceteros autem amovendos et destituendos pertinere ex officio uniuscujusque videbuntur. Controversias omnes toties, quoties opus fuerit, secundum hanc declarationem nostram terminando, nec quicquam in hoc genere huic declarationi nostrae contrarium faciendo aut fieri permittendo. Factura pro officio suo et gratia nostra.

Dat. Varsaviae 2 Februarii A. D. 1571.

CCLVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Pontifici Romano.

Beatissime pater &c. Venerabilem Christoferum Podoski, Praepositum Klecensem et Secretarium meum, cuperet Venerabilis Nicolaus Grabianca, Canonicus Cracoviensis, sui istius Canonicatus Coadjutorem cum futura certa successione assumere. Supplicatum est igitur mihi, ut hoc consilium ac institutum ipsius S. vestrae per litteras meas commendarem. Quod quidem, dum utrisque consultum esse cupio, admodum libenter facio. Nam et is, qui cooptat, tum aetate, tum valetudine affectissima est, et is, qui cooptatur, omnibus rebus est instructissimus ad ejusmodi sacerdotium obtinendum, non solum propter genus inprimis nobile et reliqua vel naturae bona vel fortunae, sed etiam multo magis propter eas virtutes, quae studio et labore comparantur. Utor jampridem propinquorum Christoferi obsequiis pro ecclesia et republica etiam in externis legationibus obeundis: quae cum considero et cum industria ac virtute Christoferi ipsius confero, nihilo ipsum propinquorum suorum dissimilem esse judico. A S. vestra peto et quaeso, ut Coadjutoriam hanc, ad quam assumitur, auctoritate sua ratam et firmam habere velit. In quo tum ecclesiae Dei, tum mihi etiam ipsi S. vestra rem est factura gratissimam. Commendo me etc.

Dat. Varsaviae die 7 Februarii A. D. 1571.

CCLIX.

Sigismuudus Augustus etc.

Cardiuali Savello.

R. in Christo patri &c.

R. in Christo pater domine, amice noster charissime. Ex

exemplo litterarum nostrarum ad S. D. nostrum, quod exemplum P. vestrae mittimus, cognoscet, quid a S. ipsius pro Venerabili Christofero Podoski, Praeposito Klecensi et Secretario nostro, postulemus. A P. autem vestra petimus, ut postulata haec nostra apud S. ejus gratia et auctoritate sua prosequatur, sic, ut, quod petimus, possit sine mora obtineri. Rem nobis fecerit P. vestra gratissimam.

Dat. Varsaviae die 8 Februarii A. D. 1571 [1]).

CCLX.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater s. n. d. Ex litteris P. vestrae intelligimus testium istorum Neapolitanorum negotium submolestum videri P. vestrae. Cujus sane rei etiam ex ipsis nobis conjecturam facimus. Scit enim P. vestra, sumptum in eos menstruum jampridem a nobis fieri, fructus autem nihil apparere: nisi forte pro uvis labruscas. Cujus nos quidem rei non mediocriter poenitet. Et quoniam de femina magis dubitare videtur P. vestra, nobis quidem experiundum aliquid esse videtur, ut sciri possit, quantum de illa nobis possimus polliceri. Itaque censeremus primo quoque tempore negotium Marinae examinandae prudenti alicui viro, qui nobis non sit inimicus, esse committendum, ut is Marinam adeat et per speciem examinandae illius perquirat, quid aut quantum velit nostra causa pro testimonio dicere. Qui, si viderit, testimonium illius esse pro nobis, scribat et in litteras publicas referat: sin minus, ostendat se totum illud extra ordinem et perfunctorie tunc tentasse, deinceps autem ad examinandam illam legitime rediturum esse.

---

[1]) Tejże zupełnie treści list i pod tąż samą datą pisał Król do Kardynała Stanisława Hozyusza.

Quicquid autem ex ea intellexerit, P. vestrae referat: ut nos quoque quamprimum scire ac intelligere possimus, quid sit nobis ab illa exspectandum. Neque enim liberet nobis diutius sumptus hos menstruos frustra sustinere. In quibus quidem communicandis rebus secure uti poterit P. vestra fide et consilio Clodinii et Ticinii, agentium nostrorum: ut ii dispiciant, cuinam potissimum sit ejusmodi negotium committendum. De reliquorum istic fide et studio erga nos, haud scimus, quantum nobis debeamus polliceri. Itaque totum hoc prudentiae P. vestrae committimus, ut dispiciat, quantum cuique in his sit committendum. Interim autem et Marinam hanc et reliquos testes bonis verbis alat et spe gratiae nostrae sustentet: a conducendis autem illis certo aliquo praemio constituto abstineat, donec certius aliquid ad P. vestram de eo perscribamus, quod quidem tanto facilius facturi sumus, quanto citius de Marinae erga nos studio explorati aliquid habuerimus.

Interea quando ex litteris P. vestrae de optimo erga nos studio Ferrandi Torres intelligimus, quem nobis P. vestra pro viro bono et tum erga se, tum etiam erga nos optime affecto commendare non desistit, volumus, ut illi vicissim P. vestra offerat promptam nostram et paratam voluntatem ad eum omnibus modis, quibuscumque poterimus, augendum et ornandum, quod quidem ille semper poterit re ipsa experiri. Quod Barrabam attinet, audivimus ex R. D. Nuntio Apostolico [1]) non haec solum, quae vidit P. vestra, missa per eum fuisse ad manus S. D. nostri, quemadmodum injunctum habuit, sed alia etiam multa et quidem efficacissima ad impietatem latronis istius et ad contemptum religionis catholicae demonstrandum. Quod quidem ideo scribimus, ut P. vestra omni significatione dictorum et factorum suorum adjuvet et confirmet ea, quae missa sunt: hoc magis etiam nunc quam antea, quod scribit circumferri istic rumores, omnia haec, quae Barrabae contigerunt, ad

---

[1]) Wincenty Portico.

instantiam nostram contigisse. Etsi enim ea fama alienissima est et a re ipsa et ab omni instituto nostro, qui, si modo a moderatione et benignitate naturae nostrae discedere voluissemus, multo majoribus commoditatibus opprimendi latronis istius, recentibus etiam tum injuriis ipsius, uti potuissemus: tamen, ne id, quod instantibus ac urgentibus nobis factum esse creditur, leviter abeat, existimamus dignitatis esse nostrae providere. Illud igitur P. vestra aperte prae se feret, compertum sibi esse, verum aliunde non ex nobis, eum hominem ex dictis quattuor testium, qui propediem ad urbem se conferent, non obscure convictum iri, cum de aliis haeresibus variis, tum etiam de iis, quae nostris temporibus de eucharistiae sacramento circumferuntur. Sed id totum tamen volumus P. vestrae prudentia et dexteritate gubernari, ut in ea re hactenus progrediatur, quatenus rebus nostris judicaverit expedire.

Breve Apostolicum ad Cardinalem Spinosam, de quo nobis P. vestra spem facit in suis, quas ad nos dedit die 30 Decembris, si nondum expedivit, curet quam primum expedire: ut is auctoritate etiam S. D. nostri accendatur ad explicandam tandem controversiam hanc nostram significatione optimae et fraternae S. Hispaniarum Regis voluntatis: cum ea res tota cessura sit in beneficium religionis et reipublicae christianae.

Ad hunc etiam Regentem Neapolitanum, noviter, ut scribit P. vestra, in Hispaniis constitutum, scribat P. vestra primo quoque tempore, expositisque indignitatibus iis, quibus indies in regno illo afficimur, negotium hoc nostrum illi commendatum faciat, eidemque optimam nostram voluntatem offerat. Quod ad ea attinet, quae saepe et multum de Vancimulio ad nos scribit, semel jam P. vestrae respondimus. Amplius quid respondeamus, non habemus. Neque enim nos ipsos in negotia ejus ingerimus et, ut P. vestra sese diutius ingerat, non desideramus. Mittimus ad manus P. vestrae litteras Friderici Papacodae, quas asservet. Cum illo autem ipso ita agat, suo veluti nomine, ut ne hoc necessario tempore abjicere videamur ea praesidia, quibus causa fulciri possit. Itaque confirmet

hominem P. vestra, rebus perfectis nos illi defuturos non esse, Interim autem de viaticis provideri illi jubeat, prout melius prudentiae P. vestrae visum fuerit. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae die 21 Februarii 1571.

C e d u l a.

Quod de Fernando Torres scribimus, id illi poterit P. vestra, exhibenda ipsa litterarum nostrarum particula, demonstrare.

CCLXI.

Sigismundus Augustus etc.

Clodinio.

Venerabilis d. n. d. Dwie sentencye in favorem nostrum, któreście nam temi czasy posłali, i inne takowe posługi wasze, wdzięcznie od was przyjmujemy, a gdy się czas do tego pokaże, łaską naszą nagradzać wam to obiecujemy. Jedno nie ustawajcie, a cokolwiek ku podparciu tamtych rzeczy naszych dobrego i pożytecznego nam być rozumiecie, tego za radą jednak J. M. X. Kardynałową nie opuszczajcie. Z drugiemi tam mówiąc, trzeba wszystkiego bacznie i ostrożnie słuchać, bo drudzy bardziej pospolicie na swój niźli na nasz młyn wodę wiodą. Co chociaż od nich wdzięcznie przyjmować do czasu musi, jednak nie trzeba się dawać zarazem na wszystko wyciągać, aż konferowawszy każdą rzecz z J. X. Kardynałem, a nam też o wszystkiem, tak jako czynicie, dawając znać.

Świadków tamtych, którzy się nowo ofiarują, nie trzeba wam na ten czas pieniędzmi podsycać, gdyż ich wiara nie może być nam non suspecta. Dosyć, że się ci dawni, jako Marina i Mastrillo, pieniędzmi podsycają, chociaż i z tych poży-

tku jeszcze żadnego nie widziny. A tak pisaliśmy w tej mierze J. X. Kardynałowi widzenie nasze, które J. M. z wami kommunikuje. Wy interim każdemu, zwłaszcza temu Scipionowi Rocco dobrą myśl czyńcie a słowy cudnemi rzecz odprawujcie, dzierżąc je w dobrej nadziei a łasce naszej.

Friderico Papagodzie aby czynił dobre serce J. X. Kardynał, piszemy J. M., i list jego posyłamy J. M. Będzieli mu co potrzeba na drogę kiedy dać, nie jesteśmy od tego, aby się dało za widzeniem J. X. Kardynała. Wy też sami z siebie czyńcie mu dobrą nadzieję, gdy się rzeczy szczęśliwie, da li Bóg, skończą za pilnością i pracą jego, o łasce naszej.

A powiedzcie jemu i Brankacemu, iż im czasu wolniejszego odpisać każemy, gdy te dni wesołe przeminą.

Mieliśmy od was inwentarz skryptur dostateczny, które przy was są. Mieliśmy takież i liczbę, którąście nam posłali.

Trzynaście tysięcy, które tam dawno zostały, repetować nie przepominajcie. Pisze nam J. X. Kardynał, iż ma dobrą nadzieję, żeby niejaki Fernandus Torres wymódz je miał u Wicereja, którego wy też w tej mierze solicytować możecie.

Dat. Varsaviae die 21 Februarii A. D. 1571.

CCLXII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Ticinio.

R. D. amice charissime. Iż się tak W. M. widzi, aby się co większego przeciw Barabaszowi posłało, tedy spodziewam się, iż się temu wrychle dosyć stanie, bom tak coś wyrozumiał z J. X. Legata [1]), iż ma w ręku quattuor testimonia świeże, które bardzo odkrywają haereses varias, etiam circa sacra-

---

[1]) Wincenty Portico, Nuncyusz Stolicy Apostolskiej.

mentum eucharistiae tego człowieka. A wszakoż to W. M. skąd inąd wiedz a nie od nas. Około świadków expilatae haereditatis, pisze się J. X. Kardynałowi Varmiensi, co wiem, iż J. M. będzie z W. M. kommunikował. Interim commendo me W. M.

Dat. Varsaviae die 21 Februarii A. D. 1571.

CCLXIII.

Idem.

Cardinali Hosio.

I. et R. in Christo pater ac D. D. observandissime. Obsequiorum meorum commendationem. Litterae I. P. vestrae ad 12 Augusti datae anno proximo, haec mihi videntur praecipua continuisse. Unum, querimonias de nova Cancellaria, alterum de Coadjutore I. P. vestrae et de ejus sacerdotis, tum etiam de titulo Pomesaniensi, tertium de nepote meo, quartum de Malvetio, quintum de augenda provisione ipsius et de 263 Hungaricis missis per manus D. Patricii. Ad eas litteras queritur sibi P. vestra I. non responderi. Ego autem, quod caput intelligat, ad quod responsum desideret, non quidem intelligo. Nam, ut ab ultimis ordiar, Hungarici 263 jampridem ad I. P. vestram pervenerunt, uti mihi Patricius ex litteris ipsius demonstravit. Provisio etiam aucta est P. vestrae, quemadmodum desideravit, pro qua in Aprili proximo P. vestrae repraesentanda, nuper scripsi diligentissime ad Clodinium meo nomine. Malvetio non defuturum me fuisse, scripsi die 2 Julii. Nunc illud addo, non me illi defuisse, atque ad persolvendas illi retentas duorum annorum pensiones Majestatem ejus adduxisse. Cujus rei habebit litteras primo quoque tempore expeditas. De nepote scripsi aliquoties et ante et post, summamque ipsius nomine I. P. vestrae gratiam habui et adhuc habeo. Ad cetera quid responderim, ex ipsis binarum litterarum mearum exemplis, quae hoc tempore mitto I. P. vestrae, cognoscet,

quibus sane quid addam, etiam hoc tempore non habeo. Pergratum mihi fecerit, si aut in iis acquieverit aut, quid praeterea requirat, aperte perscripserit. Pergo igitur ad alia. Quae mecum I. P. vestra de Vancimulio communicavit secretius, ea ego quoque cum Majestate illius secretissime communicavi. Vidi tamen Majestatem ejus Regiam negotiis ejus hominis in neutram partem commoveri. De commutata Regiae Majestatis voluntate in distribuendis vacationibus praeteritis, miror fabulas istas confingi ab hominibus otiosis et postea obtrudi I. P. vestrae, non aliam, ut credo, ob causam, quam ut Regiam Majestatem nosque etiam ipsos regni officiales in invidiam adducant et P. vestrae I. molestiam exaugeant. Atqui eorum vanitatem res jam ipsa refellit. Sunt enim fere omnes vacationes hominibus collatae catholicis, sicut Majestas ejus ab initio destinarat et ego pridem I. P. vestrae scripseram. Quantum igitur deinceps ejusmodi invidiosis rumoribus fidei sit habendum, intelligit I. P. vestra. Montio praeter id, quod impetratum est per me, impetrari amplius non potest: itaque eo contentum esse oportet.

Crupkam quod attinet, is in Aprili in Italiam expeditus est et, antequam annus abiisset, accepit proximo natali suum stipendium ducatorum communium centum et praeterea pro viatico ducatorum sexaginta. Non videbatur autem homo ab initio tunc vel optare vel certe sperare audere. Itaque in eo necesse est acquiescat, quod illi praeter spem mea intercessione obtigit. Demat potius de sumptibus supervacaneis et se intra mediocris fortunae metas contineat et illud denique satis re ipsa experietur, magnum esse vectigal parsimoniam. Cetera ex Regiae Majestatis litteris I. P. vestra cognoscet. Quam optime valere cupio.

Dat. Varsaviae die 21 Februarii A. D. 1571.

CCLXIV.

Idem.

Clodinio.

R. D. amice charissime. Co się tycze spraw Króla J. M., to W. M. z listu J. K. M. wszystko wyrozumiesz: ja pisaniem swem w tej mierze próżno W. M. bawić nie chcę. O tysiąc dukatów, które się tam in judicio wygrały na Honoratum Zizum, pilnowałem czasu a pogody prosić Króla J. M. za W. M. Do tych czasów nie mogłem upatrzyć. Upatrzywszy, nie omieszkam przyczynić się statecznie i pomódz do tego W. M., ile będę mógł najwięcej, co tem mi będzie sporzej za W. M. uczynić, gdzie W. M. tak, jakoś począł, do końca wszystkich kauz Jego K. M. pilnować będziesz. W czem jako nie wątpię, tak też te posługi W. M. pilnie J. K. M. zalecam. Posyłam W. M. miarę na tranachę [1]), tak wszerz jako wzdłuż. Dłuższa ma być na trzy łokcie polskie i na ćwierć, a szersza na dwa całe łokcie. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae die 21 Februarii A. D. 1571.

CCLXV.

Idem.

Francisco Krupka.

Panie Franciszku miły. Radbym wam pomógł około tego jurgieltu waszego, aleśmy na czas nie trafili. A też wprawdzie mówiąc, mojem zdaniem, możecie na ten czas na tem przestać, co się wam od J. K. M. zjednało, ażby się też co Królowi J. M.

---

[1]) tranacha, może z łacińskiego traha i z włoskiego treno sanki.

posłużyło. Wiem, iż wiele szlachciców więcej we Włoszech na rok nie trawi, a więcej ich, co mniej. I sam na dworze wiele ich służy J. K. M., a tego jurgieltu nie mają. Jedno kto chce, aby mu dostawało, trzeba się uskromić. Miał wam był przyjść czas płacenia jurgieltu aż in Aprili tego roku, a wam się czas uprzedził in Decembre. I na temeście, tu będąc, radzi przestawali. Bene valete.

Dat. Varsaviae die 21 Februarii 1571.

CCLXVI.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus, quorum interest, universis. Quod cum nuper decreto nostro inter Proconsulem et Consules civitatis nostrae Varsaviensis ex una et Rugierum Sacellum, Italum, parte ex altera ita decrevissemus, ut praefatus Rugierus ob excitatum tumultum quondam in civitate Varsaviensi, ubi tunc et hucusque cum curia nostra versamur, a curia nostra banniretur et proscriberetur, usque ad aliam novam gratiam nostram: nunc praesentibus litteris nostris, ad intercessionem nonnullorum consiliariorum nostrorum, inprimisque R. D. Vincentii Portici, S. Sedis Apostolicae apud nos Nuntii, declaramus, poenam praedictam bannitionis et proscriptionis in nullam aliam personam nisi in personam duntaxat propriam Rugieri ipsius, uti servitoris nostri, extendi debere, veteros autem vel servos vel coadjutores ejus, atque etiam fratrem ipsius germanum Danielem ab hac poena exclusos esse, ita, ut quilibet eorum, Rugiero ipso excepto, inprimis autem praefatus Daniel, frater ejus, tuto et secure hic in civitate Varsaviensi et alibi ubique versari, negotiaque sua libere semper gerere possit et valeat: cui etiam ipsi facultatem concedimus jus civitatis Varsaviensis, si voluerit recipere et se in numerum civium Varsaviensium aggregare. Salvo nihilominus et integro manente illo articulo decreti no-

stri, ut ipsius etiam Rugieri proscriptio possit semper novo mandato nostro, quandocumque id nobis ex gratia nostra speciali faciendum videbitur, revocari et tolli atque abrogari. Quod omnibus, quorum interest, inprimis autem famatis Proconsuli et Consulibus et toti communitati civium et incolarum Varsaviensi denuntiantes, mandamus, ut praefatum Danielem, fratrem Rugieri, tum intra moenia civitatis Varsaviensis, tum alibi in omnibus locis dominiorum nostrorum, tuto versari et negotia sua honesta libere agere permittant, sine ulla difficultate et impedimento. In quorum fidem praesentibus sigillum nostrum est appressum.

Dat. Varsaviae die 23 Februarii A. D. 1571.

CCLXVII.

Sigismundus Augustus etc.

Viceregi Neapolitano [1]).

I. principi &c.

I princeps, amice noster charissime. Commisimus huic Generoso Joanni Antonio Petrarvola, Aulico nostro, ut is in regnum Neapolitanum profectus, equos aliquot ad usum nostrum comparet. De quo etiam ad Venerabilem Agentem nostrum scripsimus. Petimus igitur ab Illustritate vestra, ut illi eos equos ex regno isto educere liceat. Quod officium Illustritatis vestrae nos ejusdemmodi et aliis majoribus officiis nostris libenter rependemus.

Dat. Varsaviae die 22 Februarii A. D. 1571.

---

[1]) Antoni Granvellano.

CCLXVIII.

Litterae passus.

Sigismundus Augustus etc.

S. R. J. Magnificis, Generosis dominis, Regibus et Principibus, tam ecclesiasticis quam secularibus, Archiepiscopis, Episcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Equitibus, Capitaneis, Locumtenentibus, Regentibus, Gubernatoribus, liberis civitatibus, Vicesgerentibus et quorumvis locorum Praefectis ac aliis quacumque dignitate, titulo et praeeminentia illustribus ac insignitis, nec non Palatinis, Castellanis, Rectoribus, Nobilibus, Magistratibus, Communitatibus, Burgrabiis et civium Magistris, Consulibus, Officialibus, portuumque et passuum custodibus, ac ceteris quibuscumque universaliter omnibus et specialiter singulis, ad quos praesentes nostrae pervenerint litterae, amicis nostris, salutem et de omnibus bene merendi studium: subditis vero nostris, gratiam nostram regiam.

Mittimus hinc Generosum Joannem Petrarvolam, aulicum nostrum, in regnum Neapolitanum, pro equis ad usum nostrum comparandis. Quem D. vestris commendamus, postulantes ab eis, subditis vero nostris mandantes, ut illum cum omni comitatu ejus, familiaribus, equis, rebusque suis omnibus, per loca et dominia sua benigne excipiant, tutumque, securum et benignum illi transitum, commorationem ac reditum praestent: a solutione etiam quorumvis vectigalium, teloneorum, seu quocumque nomine alio nuncupaterum ejusmodi praestationum, immunem et liberum afficiant, eumque ita, uti aulicum nostrum, tractent, de salvo conductu etiam illi, si opus habuerit, provideant, nec quicquam ab eo pestilentis contagionis metuant. Dei enim Optimi Maximi beneficio, ea loca, ubi nos agimus et per quae ipse profici-

scitur, intacta et illaesa a contagione ipsa exsistunt. Quod D. vestrarum erga nos studium pari vel majori deinceps benevolentia nostra referri studebimus. Subditis vero nostris, ne secus fecerint, mandamus.

Dat. Varsaviae die 24 Februarii A. D. 1571.

CCLXIX.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Varmiensi.

R. in Christo pater s. n. d. Non habuimus, quod P. vestrae scriberemus, vel si quid erat, otii profecto tantum non erat. Per alios tabellarios id suppleri poterit. Nunc quae superioribus aliquot litteris P. vestrae significavimus, ea curae illi esse et volumus et nobis persuademus. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae die 7 Martii A. D. 1571.

CCLXX.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Cardinali Varmiensi.

I. et R. in Christo pater ac D. D. observandissime. Ad litteras I. P. vestrae, quae mihi nudius tertius redditae sunt, alias respondebo. Nunc enim, properante tabellario, non potui. Quin et Regiae Majestatis nomine quid hoc tempore I. P. vestrae scriberetur, non erat. Committuntur Clodinio et Ticinio quaedam Majestatis illius negotia, quae quoniam molesta esse videbantur, dedi operam, quemadmodum I. P. vestram aliquoties etiam ad me et ad ipsam Regiam Majestatem scribere memini, ne I. P. vestrae committerentur. Non dubito tamen, quin Ticinio et Clodinio in iis omnibus favor et gratia I. P. ve-

strae, si quid opus fuerit, non sit defutura. Optime valere I. P. vestram cupio, eique studia et obsequia mea commendo.

Dat. Varsaviae die 7 Martii A. D. 1571.

CCLXXI.

Idem.

Ticinio.

R. D. amice charissime. O tego Barrabam, gdyż to się pewnie znaczy, iż extremum fatum jego niedaleko impendet, tedy nie wiem co innego pisać, jedno hortari W. M. póki ten ptak w klatce jest, abyście się W. M. obiter et quasi aliud agentes tąk tam starali, jakoby nie wyleciał, o czem z listu Króla J. M. wyrozumiesz W. M. Na inne rzeczy potem odpiszę W. M.

Dat. Varsaviae die 7 Martii A. D. 1571.

CCLXXII.

Sigismuudus Augustus etc.

Clodinio.

Venerabilis d. n. d. Najduje się z tego regestru, któryście nam niedawno posłali, spisawszy wèń wszystkie skryptury, które przy was są, iż excommunicatio Papalis contra omnes in universum expilatores maternae haereditatis nostrae była publikowana in regno Neapolitano, tedyż po śmierci nieboszczki matki naszej. A tak rozkazujemy wam, abyście tę excommunicationem, tak jako jest exekwowana, una cum omnibus ejus annexis, X. Ticinowi do Rzymu posłali, dając mu znać specia-

liter, jeśli ta excommunicatio była Joanni Laurentio Papacodae intimata, albo saltem jeśli jakokolwiek ad notitiam ejus pervenerat, albo pervenire poterat. A my piszemy do Ticina, żeby tą drogą naprzód pokazał na Papagodę insordescentiam in censuris, iż on, mając i po dziś dzień bona nostra materna in manibus suis retenta et occupata, cierpi klątwę Papiezką przez tak wiele lat na sobie, et per consequens, żeby tą drogą pokazała się jego haeresis. A tak z tem nic nie mieszkajcie. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 7 Martii A. D. 1571.

CCLXXIII.

Sigismundus Augustus etc.

Ticinio.

Venerabilis d. n. d. Ma tam wam posłać X. Kłodziński z Neapolim excommunicationem S. D. nostri contra omnes in universum expilatores haereditatis nostrae maternae, która była in regno Neapolitano exekwowana, tedyż po śmierci nieboszczki matki naszej. A przy tej excommunicationem ma posłać i inne annexa, jako to: iż ta excommunicatio była exekwowana, iż Papagodzie albo specialiter była notificata, albo saltem ad notitiam ejus pervenerat vel pervenire poterat. A tak rozkazujemy wam, abyście ten wszystek proces commissario generali oddali, i summarie abyście justyfikowali i weryfikowali expilationem maternae haereditatis nostrae per Papacodam factam, a to per bona etiam hactenus in manibus ejus retenta et occupata. Skąd znaczy się contemptus excommunicationis Papalis et insordescentia et per consequens haeresis. Wczem żądamy, abyście pilność uczynili. Będą też tam posłane w krótkim czasie insze testimonia okrom dawnych, ex quibus testimoniis haeresis sprosna tego człowieka około veritatem Sacramenti i około imaginem crucifixi, do którego in loco publico

z drzewem gonił, i około contemptum ecclesiae in multis rebus i około wiele inszych rzeczy będzie okazana.

Co wy wiedząc, i innym obyczajnie znać dając, gdzie tego potrzebę baczyć będziecie, starajcie się zdaleka non nostro nomine, ale tanquam aliud agentes, aby ten ptak z klatki nie uleciał, aż te i insze testimonia nadejdą. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 7 Martii A. D. 1571.

CCLXXIV.

Franciscus Krasiuski, Vicecancellarius Regni.

Episcopo Cracoviensi [1]).

R. in Christo pater et D. D. amice observandissime. Obsequiorum et officiorum meorum commendationem. Iż W. M. pamiętasz, iż między innemi motywa, dla którychem ja rad życzył domu swego słudze W. M. P. Doktorowi Montanowi, było też i to, aby domek, w którym do tego czasu mieszkał z łaski W. M. Doktor Montan, z tejże łaski dostał się P. Doktorowi Patrycemu, przeto gdyż już rezygnacya domu mego effekt swój bierze, proszę, aby też zaraz ten domek po panie Doktorze Montanie Doktorowi Patrycemu dać W. M. raczył do żywota jego, gdyż ja to ad fidem meam arbitror pertinere, jakom Doktora Montana na obietnicy swej nie zawiódł, tak też Doktora Patrycego, którego posług ustawicznie używam, nie zawodzić. Jakoż wiem, żeś to W. M. Doktorowi Patrycemu obiecać raczył. Z tem służby swe przyjacielskie W. M. zalecam.

Dat. Varsaviae die 7 Martii 1571.

---

[1]) Filip Padniewski.

CCLXXV.

Sigismundus Augustus etc.

Hieronimo Bużenski.

Magnifico Hieronimo Buzenski, Regni nostri Thesaurario, Zupario Cracoviensi ac Brzeznicensi, Krzeczoviensique Capitaneo s. n. d. In absentia Thesaurarii nostri Notariis. Gratiam nostram regiam.

Magnifice s. n. d. Debentur Magnifico Aemilio Malvetio, Nobili Bononiensi, aurei Hungarici mille, ratione pensionis ipsius annuae quingentorum aureorum Hungaricalium per biennium retentae, videlicet per annos millesimum quingentesimum sexagesimum nonum et millesimum quingentesimum septuagesimum proxime praeteritos. Quamobrem mandamus Sin. tuae, ut praedictos mille aureos Hungaricos, aut alioqui tantundem in moneta, praefato Aemilio Malvetio vel ei, qui has litteras S. tuae exhibebit, quamprimum solvat et numeret, solvique ac numerari jubeat sine mora. Quod nos in rationibus a S. tua exigendis suscepturi sumus, atque adeo nunc jam suscipimus. Factura Sin. tua pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 15 Martii A. D. 1571.

CCLXXVI.

Franciscus Krasiuski, Viceeancellarius Regni.

Martino Cromero.

R. D. amice charissime et honorande. Comperendinationis causae Sarpavianae litteras mitto ad R. D. vestram, ex iis litteris reliqua cognoscet, quae ad eam causam pertinere videbuntur.

De Coadjutoriae negotio, quod venerabile capitulum ad Regiae Majestatis cognitionem distulisse videtur, communicabo ante omnia consilium cum R. D. Nuntio Apostolico [1]), qui R. D. vestrae optima cupere videtur. Inde si quid erit, quod agendum sit, omni studio a me curabitur. Est enim mihi negotium hoc R. D. vestrae cordi. Interim quod facit, gerat se pro Coadjutore, dum capitulum de juribus ecclesiae suae Regiam Majestatem, quantum voluerit, informet. Non puto autem Regiam Majestatem ejus sententiam suam, quam semel atque iterum, tum S. D. nostro, tum venerabili ipsi capitulo, tum reliquis etiam Varmiensibus praefectis et subditis testatam fecit omni genere litterarum et instructionum suarum, esse mutaturam. In quo sane meum studium defero R. D. vestrae, exspectabimus, dum huc mittat venerabile capitulum et factum suum, quod, uti ex litteris R. D. vestrae intelligo, velle facere videtur, apud Regiam Majestatem excuset. Si miserit, et de indigena et de salvo electionis jure videbimus. Non est autem verisimile Majestatem Regiam indigenae vocabulum aliter interpretaturam esse, quam legibus et constitutionibus regni est comprehensum. Ita sane, ut electionis jus salvum et sartum tectumque existimari a capitulo oporteat, dummodo non extra gremium capituli desumptus Episcopus ecclesiae illi praeficiatur. Sed hoc totum, ut dixi, ubi capitulum huc miserit, videbimus. Quod si non miserit, tum nos quidem de alio remedio prospiciemus, quod huic negotio sit bonum atque commodum. In quo ipsa etiam R. D. vestra me de sententia sua faciat primo quoque tempore certiorem. Ipsa enim in re praesenti facilius videre potest, quid recte fieri in hoc genere aut possit aut debeat.

Praesidia adversariorum, quibus tantopere fidere videntur hic in aula, debilitari incipiunt vehementer. Quod quidem R. D. vestra tacitum penes se conservet.

---

[1]) Wincenty Portico.

D. Patricio [1]) quod R. D. vestra bene cupiat in canonicatu suo Cracoviensi dimittendo, pergratum est mihi, uti etiam antea D. vestrae R. significavi. Exspectabit is non gravate tempus id, quod illi R. D. vestra in suis ad me litteris assignat. Est enim, quod scit, moderatis in hoc genere cupiditatibus et R. D. vestrae rebus in omnibus libenter admodum morem gerit. Itaque facile confido ipsam quoque R. D. vestram, cum tempus illud venerit, et observantiae ipsius erga se et postulatorum meorum et promissi quoque istius sui dignam esse rationem habituram. Bene valeat R. D. vestra.

Dat. Varsaviae die 19 Martii 1571.

CCLXXVII.

Idem.

Clodinio.

R. D. amice charissime. Dał mi znać Bernardo Fogliola, iż W. M. potrzebujesz jakiejś deklaracyi stąd na on mandat K. J. M. de data 14 Novembris około zapłacenia jemu 240 skutów w złocie, każdy skut licząc po 400 mar. Hiszpańskich, a deklaracya miałaby być tem, po wiele karliniech miałby się mu ten skut w złocie płacić. Ja przypatrywać się mandatowi J. K. M. nie baczę, aby W. M. dalszej deklaracyi jakiej, zwłaszcza z owąd było potrzeba, abowiem gdyż jaśnie się napisało, aby mu na ten czas płacono każdy skut na 400 mar. póki był w Hiszpanii, tedy snadnie W. M. do tego przyjść możesz, bez dalszej deklaracyi K. J. M., po wielu karlinach skut mu na ten czas płacić przyjdzie, gdy mu go płacić każą już tak jako przedtem ale po 400 mar. Co obaczywszy i uważywszy W. M.,

---

[1]) Patrycy Nidecki.

odpraw go co najrychlej wedle tej suplikacyi, aby więcej K. J. M. i nas tu nie molestował, a daj W. M. pieniądze to co przyjdzie Francisco Bonawenturze, któremu on je odebrać od W. M. poruczył. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae die 15 Martii A. D. 1571.

CCLXXVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater s. n. d. Quas ad nos P. vestra ab extremo Januario ad 17 usque Februarii dedit quaternas litteras, ad eas ita P. vestrae respondemus, omissis nimirum reliquis, quae responsione indigere non videntur, eo quod de iis P. vestrae antea nomine nostro satis est scriptum. De Barraba avemus intelligere, quid fiat. Exspectari enim quoque nonnulla testimonia dicuntur Neapoli de ipsius impietate singulari, uti nobis R. Vicecancellarius noster retulit ex litteris Ticinii. Hinc etiam quattuor fere testes discedunt, qui non solum ea, quae olim ad S. D. nostrum missa sunt, confirmabunt, verum etiam nova quaedam et incredibilis impietatis plenissima adferent, quae is tum verbo adversus sacramentum eucharistiae, tum etiam facto adversus imaginem crucifixi perpetravit. Itaque etsi P. vestrae olim mandavisse nos memoria tenemus, ne se negotio ipsius immisceat, tamen ut, primum ex P. vestrae litteris cognovimus existimari istic passim, latronem hunc, nobis auctoribus, Romam ex regno Neapolitano evocatum fuisse, scripsimus P. vestrae die 21 Februarii, ut, adhibita in consilium prudentia sua, curet et elaboret tantum, quantum curari et elaborari oportere existimaverit cum dignitate nostra, ne id, quod, auctoribus nobis, inceptum et a S. D. nostro susceptum esse creditur, in ventum abeat. Quod nunc etiam P. vestrae iteramus et nos in hoc genere ad litteras illas nostras referimus.

Vestrio, videmus ex rationibus Clodinii, data esse proxime praeterito mense Julio ducatos 150, nec admodum videre adhuc possumus, an ipsius tantus usus interea istic fuerit, absentis praesertim. Non repugnamus tamen, quominus P. vestra, ubi ejus operam necessariam esse judicaverit, aliquid illi interdum de nostro numeret. Sic enim fiet, ut nec tanta pecunia in illum erogetur, nec nos in singulos annos illi obligemur, nec consilium illius ad omnes usus nostros deesse nobis videatur. Solent enim diligentiores etiam esse ejusmodi homines praesente pecunia conducti, quam sperata et exspectata. Neque autem spem illi praecidimus, si modo nobis interea utiliter servierit, fore, ut possit, etiam constituto stipendio nostro, in posterum augeri et ornari, ubi id necessarium esse viderimus.

Viceregem solvisse quattuor millia ad rationem tredecim millium, quae nobis jampridem debentur, ex P. vestrae et Clodinii litteris intelligimus. Reliquum quo nomine retinere velit, ex iis, quae ad nos P. vestra de suo cum Cardinali Commendono colloquio scribit, cognovimus. De utroque haec est nostra sententia. Quandoquidem partem eorum anno hoc et superiore solvit, admonendum esse Volscium per litteras P. vestrae, perficiat, ut illi ex Hispania mandetur, quo hanc etiam partem reliquam solvat, et sine mora. Nam donare homini, qui non solum omnibus in negotiis nostris difficilem admodum se praebuit semper, sed qui etiam, tum propter aetatem et valetudinem affectissimam, tum propter non satis bonam in aula Hispanica gratiam, diu in officio Viceregis esse non potest, quique postremo ne ad litteras quidem nostras, quas bis terve ad illum variis de rebus dedimus, respondet quicquam, haud sane lubet. Sed haec nos quidem soli P. vestrae scribimus. Interea non oberit spe tamen illum aliqua gratiae nostrae consolari, si se negotiis nostris magis quam adversarii nostri benignum praebere voluerit: nihil tamen nominatim promittendo. Nam, quod scire istic P. vestram melius et certius arbitramur, favoribus et summis conatibus illius factum esse dicitur, quic-

quid Papacoda hoc tempore favoris Romae est consecutus: ut cetera interim omittamus.

Inventarium rerum omnium S. olim parentis nostrae perquiri olim ab Agente nostro jussimus. Ita est. Postea ad eum modum perquiri, quem ex litteris Agenti nostri intelligebamus, vetuimus. Nunc, cum ad nos et supplicationis in hoc genere ad Viceregem factae et item litterarum a Vicerege de ea re obtentarum exemplum Agens miserit, in hunc fere modum sententiam illi nostram perscribimus. Ut mandatum in hoc genere Viceregis curet exsecutioni demandari. Hoc autem est, ut non ipse, verum curator haereditatis jacentis agat de hoc inventario et, ubi eo ventum erit, etiam illud accipiat, cum hac cautione: primo, ut inventarium hoc sit citra praejudicium nostrum; deinde, ut repetat protestationes in aliis ejusdemmodi rebus usurpatas de non approbandis illis scripturis, si quae forte praeterea cum inventario reperiantur, quae ullum aut haereditati ipsi aut etiam Majestati nostrae discrimen creare posse viderentur. Valde enim metuimus, ex iis rebus, quae ad nos adferuntur, ne quis anguis in hac herba latere videatur, cum multa commentitia subjecta istic esse dicantur. Addimus et illud in litteris ad Agentem nostrum, ne velit originale ipsum inventarium redimere, quod illi plane nimio constiterit, sed exemplum ejus sufficiat, quod ipsum deinde in aliam chartam domi suae transcriptum ad nos mittat, omninoque ita faciat, ne statim rem incognitam videamur in universum approbare.

Exemplum testimonii Rocci Vilnae perquiri jubebimus, interea tamen aliud a P. vestra exspectabimus, quod missurum se per sequentes tabellarios pollicetur.

Haec sunt fere, quae ad litteras postremas P. vestrae responsionis indigere videbantur.

Nunc ea, quae superioribus litteris scripsimus, P. vestrae curae esse non dubitamus, praesertim, quae scripsimus die 21 Februarii. In quibus est, ut breve Pontificium ad Cardinalem Spinosam, cui cura negotii nostri a S. Hispaniarum Rege est demandata, curet expedire. Deinde, ut ipsa ad Regentem Nea-

politanum [1]) noviter constitutum scribat de indignitatibus, quae nos in regno Neapolitano per haec tempora exceperunt: ut causam nostram habeat sibi tempestive commendatam, antequam ab accusatorum calumniis mens ipsius occupetur. Postremo, ut Frederico Papacodae, atque etiam reliquis, quos palam sit causae nostrae adversus Papacodam maximo animo et fide singulari esse servituros, de viatico deque sumptibus ejusdem generis provideri jubeat aere nostro, prout maxime prudentia sua judicaverit expedire. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae die 21 Martii A. D. 1571.

CCLXXIX.

Sigismundus Augustus etc.

Advocatis.

Magnifici s. n. d. Quod olim Venerabili Agenti nostro praeceperimus, ut de inventario rerum S. olim parentis nostrae perquirendo curam susciperet, idemque illi postea facere interdixerimus, non sine causa feceramus. Nunc, cum et ea intuemur, quae scribunt ad nos in hoc genere Sin. vestrae, et multo amplius, cum ex exemplo supplicationis et mandati I. Viceregis melius rationem totius ejus negotii teneamus, perscripsimus diligenter sententiam nostram nostro Agenti accommodatam ad consilium Sin. vestrarum. De qua ipse faciet S. vestras certiores, ne nobis eadem de re binas scribere litteras sit necesse. Hortamur autem S. vestras, ut in negotia nostra omnia hoc magis atque magis incumbant, quod et nos vident semper consilio suo acquiescere et Venerabilis Agens noster nunquam desistit apud nos studium et vigilantiam S. vestrarum magnifice praedicare.

Dat. Varsaviae die 21 Martii A. D. 1571.

---

[1]) Antoni Granvellano.

CCLXXX.

Sigismundus Augustus etc.

Petro Wolski.

Generose f. n. d. Przyjmujemy wdzięcznie tę pilność waszą około spraw naszych, która się z pisania waszego do was pokazuje de data 3 et 24 Decembris praeteriti. Nie ustawajcież w tej pilności, wedla dawnej informacyi naszej, a ustawicznie, jako rzeczy pójdą, tak nas o wszystkiem wiernie i dostatecznie obsyłajcie pisaniem swojem tąż drogą, jakoście poczęli.

Dat. Varsaviae die 21 Martii A. D. 1571.

CCLXXXI.

Sigismundus Augustus etc.

Petro Wolski.

Generose f. d. Już to podobno czas nadchodzi, a bodaj nie mija, żeby się na list nasz od Króla J. M. odpisało. A tak przyłóżcie do tego pilności wszelakiej, abyśmy tandem ten odpis co najrychlej mieli, a na czem nam jeszcze więcej należy, aby był taki, z któregoby się pokazać mogła chęć bracka Króla J. M. przeciwko nam, a niechęć przeciwko tym urzędnikom i poddanym J. K. M., którzy nam sprawiedliwość naszą do tych czasów tłumią. Co oboje należy na sprawiedliwość a na dobroć natury J.K.M. Używajcie do tego tych tam panów, któreśmy wam dawno mianowali, konfirmując je o łasce i o wdzięczności i o szczodrobliwości naszej. Vicerex Neapolis [1]) dał snać temi czasy X. Kłodzińskiemu dukatów 4000,

---

[1]) Antoni Granvellano.

ad rationem 15,000, ad quorum etiam rationem przeszłego roku dał był coś więcej niż 2000. Zostawa u niego jeszcze większa połowica. Starajcie się, aby mu rozkazano tam stąd ten ostatek zapłacić, bo te pieniądze jeszcze przy nim zostały za Xiędza Biskupa Poznańskiego [1]), z tych, które tu nam był Xiądz Biskup przywiózł, a są nasze własne. Aleby trzeba, aby to rozkazanie było stateczne, bo jako do nas z Neapolim piszą, i o tem rozkazaniu de expilata haereditate powieda, iż do tych czasów nic nie wie. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 21 Martii A. D. 1571.

CCLXXXII.

Sigismundus Augustus etc.

Prospero Provana.

Generose f. d. Zostawa nam jeszcze nie mało pieniędzy u W. T. za one pięć tysięcy dukatów Neapolskich, które Agent nasz w Neapolim dał był już przed rokiem towarzyszowi waszemu Antonio Angeli, albo temu, komu on był rozkazał. Bo acz część się tej summy nam już dała, część na potrzeby nasze wydała, jednak zostawa jeszcze nie mało. A tak, iż Antonio Angeli umarł, upominamy W. T., jako tego, z którymeśmy my principaliter to cambium czynili, abyś W. Twa to, co zostawa, co najrychlej nam oddać tu poruczył. Pod łaską naszą.

Dat. Varsaviae die 21 Martii A. D. 1571.

---

[1]) Adam Konarski wyprawiony był w poselstwie do Rzymu 1561 r., skąd udał się do Neapolu, jako pełnomocnik Króla Zygmunta Augusta do działania w sprawie o sukcessyę po Królowej Bonie. Wrócił ztamtąd do kraju 1564 roku.

CCLXXXIII.

Sigismuudus Augustus etc.

Clodinio.

Venerabilis d. n. d. Mieliśmy od was listy daty 19, 26 Januarii a ktemu 2 i 9 Februarii. Co się tycze inventarium rerum nieboszczki matki naszej, pamiętamy oboje: i to, żeśmy się wam byli o nie starać rozkazali, i to, iżeśmy potem tego zaniechać byli kazali. A oboje nie bez przyczyny. Bo i inwentarza potrzebę być dobrześmy baczyli, i staranie, któreście o nie czynić chcieli, inaczejeśmy z listów waszych na on czas rozumieli, niż teraz baczymy, mając przed sobą kopię supplikacyi i mandatu Vicerejowego, którąście nam posłali.

Naprzód tedy przypominamy wam to, cośmy też przedtem W. T. około tego pisali, abyście w rzeczach tych, o których za czasem do nas piszecie, zawzdy nam skryptury należące do tej sprawy posyłali, o których zwłaszcza wiecie, iż ich tu mieć nie możemy. Bo z tych skryptur każda rzecz i gruntowniej się pojąć i snadniej odprawiona być może.

Co się tycze tego inventarium, dobrze się nam podoba supplikacya uczyniona do Vicereja i mandat jego. A tak, to jest w tej mierze wola nasza, abyście ten mandat Vicerejów bez mieszkania exekwować dali. To jest, żebyście nie sami, ani żaden inny imieniem naszem, ale curator haereditatis jacentis czynił o tem inwentarz, a tenże aby go wziął, gdy do tego przyjdzie. Item, aby go brał cum hac cautione. Jedna, aby ten inwentarz był citra praejudicium nostrum. Druga, aby czynił protestacye, których też przedtem w takowych rzeczach używano, de non approbandis ullis scripturis, jeśliby które insze przy tym inwentarzu znalezione były ku szkodzie jakiej bądź haereditatis jacentis, bądź też naszej. Trzecia, żeby się oryginała tego inwentarza nie domagał, boby go siła

stać musiało, ale żeby na kopiej albo na extrakcie przesłał, którego snadniej dostać może, którą kopię potem doma przepisać kazawszy, poślijcie nam ją też tu.

Ten inwentarz zmyślony jest, i wiele innych rzeczy przy nim fałszywych a od adwersarza podrzuconych. Tak, iż bene caute nam w tem postępować trzeba, żebyśmy tą samą rzeczą nie zdali się zaraz wszystkiego approbować, co się tam najdzie. Lecz o tem nie trzeba W. T. wiele śpiewać, dosyć, że się to wam samemu pisze. Posyłamy wam exemplum litterarum nostrarum ad Advocatos, abyście wiedzieli, co się im w tej mierze odpisuje.

O Scipionie Roccu wyrozumieliśmy, co nam piszecie 26 Januarii, lecz iż nam jeszcze na to mało co deliberować potrzeba, przeto wy w tej mierze, innych rzeczy ani na tę ani na ową stronę nie wspominając, sprawujcie się tak, jako widzicie, iż Brankacemu odpisujemy, którego listu ślemy wam też kopię. Scipionowi jednak Rocco czyńcie zatem dobrą nadzieję o łasce naszej.

Wyrozumieliśmy też, iż Vicerex temi czasy zapłacić wam kazał 4000 ad rationem onych 13,000. W czem pochwalamy pilność i staranie wasze, ale iż z listu X. Kardynałowego wyrozumieliśmy to, czego w waszym liście nie było, którym umysłem to Vicerex czyni, przeto też około tego szerzej napisaliśmy do Xiędza Kardynała. Co potem J. M. może wam napisać. Interim piszcie do X. Wolskiego, aby solicytował u Króla J. M. o ten ostatek, gdyż już mało nie połowicę nam zapłacono, a sami też o toż starać się nie przestawajcie, jakoście po te czasy czynili. Insze rzeczy z listu J. X. Podkanclerzego wyrozumiecie.

Dat. Varsaviae die 21 Martii A. D. 1571.

CCLXXXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Lucae Podoski.

Venerabilis d. n. d. Około granic szląskich piszemy do Cesarza J. M., tak jako z kopiej listu, która się wam posyła, wyrozumiecie. Oddając list Cesarzowi J. M., akkomodujcie się we wszystkiem woli naszej, i starajcie się, aby ten czas tak długi Cesarza J. M. nie obchodził, gdyż my kontrowersyę, która jest o miejsce, arbitrio Majestatis illius promittimus. Factura D. tua pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 21 Martii A. D. 1571.

C e d u l a.

Kursory nasze w Frisztacie i we Pscinie i indzie szyndować [1]) poczęto temi czasy, a chociaż nigdy nic nie najdą jedno listy, jednak się na nie mytnicy rzucają, a tak starajcie się o uniwersał z kancellaryi Cesarza J. M., aby wszędzie wolne przejazdy mieli bez tego szyndowania.

Dat. Varsaviae die 21 Martii A. D. 1571.

CCLXXXV.

Sigismundus Augustus etc.

Episcopo Posnaniensi et Lucae Podoski.

R. in Christo pater, sincere et venerabilis d. n. d. Między innemi kondycyami, za któremi zjednali się w Szczecinie nie-

---

[1]) łupić.

dawnemi czasy Król Szwedzki i Duński, jest też i ten artykuł, iż Król Szwedzki Królowi Duńskiemu bronić navigationem do Narwy nie chce ze strony swojej. Lecz iż ta nawigacya jest nie tylko nam albo ziemiom naszym, ale i wszystkiemu prawie Chrześciaństwu szkodliwa, a na przyszłe czasy bardzo niebezpieczna, przeto przy tem tam jednaniu, gdy Duńczycy i Szwedowie ten artykuł sobie z oba stron pozwalali, tedy posłowie i kommissarze tak J. C. M., jako i nasi na ten artykuł protestowali i jaśnie tam opowiedzieli, iż Cesarz J. M. i z nami pospołu tej nawigacyi dopuścić nie chce, ale o tem pospołu z nami i z inszemi królmi chrześciańskiemi się porozumiawszy, takiej drogi szukać będzie, jakoby było z dobrem rzeczypospolitej chrześciańskiej. A Lubek i inne miasta nad morzem to w tej mierze dzierżeć powinne będą, na co się Cesarz J. M. z nami i z innemi chrześciańskiemi królmi zezwolą.

Pamiętamy, żeśmy przeszłych lat nie jeden raz, tak przez listy, jako przez posły nasze Cesarzowi J. M. znać dawali, a mianowicie przez J. X. Podkanclerzego dzisiejszego, gdy był posłem naszym tak na dworze J. C. M., jako i na sejmie Rzeskim; czegośmy też potem i przez własnego J. C. M. posła, Xiędza Biskupa na on czas Pięciokościelskiego [1]) poprawowali, jako ta nawigacya Narewska wszemu chrześciaństwu za krótki czas szkodliwa być miała.

Pamiętamy, żeśmy toż i do innych panów chrześciańskich i miast pomorskich pisali, czego wszystkiego i teraz wam po części kopie posyłamy.

---

[1]) Andrzej Dudycz (Duditius), Biskup Pięciokościelski, wyprawiony w poselstwie do Polski przez Cesarza Maxymiliana 1565 r., głównie w celu pogodzenia Króla Zygmunta Augusta z małżonką Katarzyną, siostrą cesarską. W tym czasie poznał pannę dworu Królowej, Reginę Strażównę. Zakochany w niej Biskup, zrzucił suknię kapłańską. Po odprawieniu zaś poselstwa, uzyskawszy pozwolenie ojca panny, pojął ją za żonę 1567 r. Liczył wówczas 34-ty rok życia. Druga żona Dudycza była Elżbieta z Zborowskich, wdowa po Janie Tarnowskim. Mieszkał w Wielkiejpolsce do 1575 r., umarł we Wrocławiu 1589 r.

Lecz iż ta rzecz w posłuch nie szła, chociaż na on czas Xiądz Biskup Pięciokościelski chęć J. C. M. do tego być pokazował, jakoby się to opatrzyć było mogło: przeto już do tych rzeczy przyszło, o którycheśmy wam obiema niedawnemi czasy przez list nasz de data 23 Augusti znać dali. Co rozumiemy, żeście dostatecznie J. C. M. wszystko powiedzieli.

Otóż teraz, nic z tem nie mieszkając, przypomniawszy to wszystko J. C. M. krótko, a dołożywszy tego, jako się przeciw temu artykułowi ugody Duńskiej i Szwedzkiej, kommissarze J. C. M. i nasi tamże w Szczecinie opowiedzieli, żądajcie J. C. M. imieniem naszem, aby się nam deklarować raczył, jeśli o tej nawigacyi Narewskiej ex parte sua et imperii inaczej stanowić chce z nami albo z innemi pany chrześciańskiemi, niż Król Duński z Królem Szwedzkim między sobą postanowili.

Iż to opatrzyć trzeba a serio opatrzyć, okażcie to vivis argumentis J. C. M. (dlaczego najbardziej wam kopie przerzeczone listów naszych posyłamy) i żądajcie J. C. M., aby się praktykom przeciwnej strony nachylać nie dał, a tego, co jaśnie szkodę chrześciaństwu znaczną niesie, jako pan w chrześciaństwie przedni, przestrzegał i warował.

Ale żeby dlatego J. C. M. albo imperium nakład jaki znaczny czynić, albo kosztem jakim tej nawigacyi Narewskiej bronić miał, powiedzcie, iż tego żadnej potrzeby być nie widzimy, gdyż za srogiemi tylko edykty J. C. M., sub gravissimis poenis in subditos imperii promulgatis, a za staraniem kilka ich, qui contra niterentur, ostatek sami Frejbiterowie nasi, które na morzu mamy, odprawią, a tę nawigacyę bez pochyby zahamują. Proście tedy J. C. M. o nic więcej jedno przodkiem, aby takie edykta in subditos imperii były wydane i publikowane co najrychlej in omnibus imperii ditionibus, a przytem, aby do Królów przyległych i do innych państw wolnych listy były pisane od J. C. M., przekładając pericula istius navigationis, a żądając ich, aby poddanym swoim, sub gravissimis poenis et suppliciis, ab ea navigatione prorsus abstinere rozkazali. Dokładając, iż tej rzeczy tak wszemu chrześciań-

stwu szkodliwej Cesarz J. M. cum omnibus ordinibus imperii dalej cierpieć ani chcą ani mogą.

Jeśliby królom i państwom przyległym szło o merces Moscoviticas et orientales, tedy jako przedtem przodkowie nasi i my też sami opatrowaliśmy to, iż tych towarów Moskiewskich wszystka Europa dostatek miewała z składów et emporiis a nobis constitutis, tak napotem za opatrzeniem naszem dostatek miewać będzie. Bo my, byle ten nieprzyjaciel nasz et totius Romani ac Latini nominis, nie był posyłan przeciwko nam commerciis aliarum nationum, które za tą nawigacyą Narewską, zbroje, prochy, kule, działa, rzemieślniki, nakoniec i wszystkie rady a przedsięwzięcia nasze i Rzeskie tajemne do niego donoszą, postanowimy takie składy et emporia w państwach naszych, z jakich się wszystkie nacye kontentować będą.

Ale iż się to do was poddanych i posłów, a częścią Rady, częścią Sekretarza naszego pisze, przeto baczcie, iż się tu na oboję stronę oglądać będzie trzeba: jedna, aby ta nawigacya Narvica była impedita auxilio et consilio Caes. Majestatis; druga a większa, żeby za tą przyczyną nie przywiodły się na to morze nasze Balticum praesidia imperii z Admirałem jakim, które praesidia włożywszy tu raz nogę, mogliby potem o czem dalszem myśleć. O czem się my na ten czas rozwodzić nie chcemy, tylko to krótko a potrzebnie ku przestrodze waszej przypominamy.

A tylkoż o tem.

Widzimy jeszcze, iż w tychże artykułach ugody tej Duńskiej i Szwedzkiej jest niemało około Rewla, około Biskupstwa Rewelskiego i Ozelskiego, i około innych rzeczy w Inflanciech, które ad 24 diem Junii w Rostoku Cesarzowi J. M. oddawane, a zasię przez Cesarza J. M. Królowi Duńskiemu in fidei commissum et protectionem poruczone być mają; jako to i inne rzeczy szerzej wyrozumiecie z tego artykułu, który wam z osobna polskim językiem pisany posyłamy. Na co acz też posłowie i kommissarze nasi zarazem tam protestacye słuszne czynili, jednak jest wola nasza, abyście i to przed Cesarzem J. M.

przełożyli, a wspomniawszy to, cośmy też byli przedtem J. X. Podkanclerzemu dzisiejszemu powiedzieć przed C. J. M. poruczyli, jakie prawo my na Inflanty mamy, tak vetere jure protectionis (która nam zdawna od Papieżów i od Cesarzów Rzymskich na Inflanty, a zwłaszcza na Arcybiskupstwo Ryskie dana była), jako jure subjectionis, iż się nam ona ziemia, nie zbroją ani mieczem naszym przyciśniona, ale za niewolą od nieprzyjaciół Szwedzkiego i Moskiewskiego, a w nadzieję obrony od nas, poddała, nakoniec za kosztem naszym wielkim, któryśmy, broniąc tej tam ziemie, do tych czasów podjęli: proście J. C. M. imieniem naszem, aby na to wszystko słuszne i sprawiedliwe baczenie mając, tak w tem postąpił, jakoby było citra praejudicium nostrum et Regni nostri; a jakoby ci dwa Królowie Duński i Szwedzki tak się między sobą ugadzali, jakoby było sine detrimento tertii. Bo gdy Biskupstwo Rewelskie i Ozelskie jest pars Livoniae, a my się mienimy prawo mieć na wszystką Liwonię, tedy i te partes Livoniae Rewelskie i Ozelskie Biskupstwo, sine praejudicio juris nostri, spuszczane, odbierane, ani za się oddawane nikomu być nie mogą bez woli a przyzwolenia naszego. Jakoż nie rozumiemy, coby to za ugoda być miała tak dwu królów jednać między sobą, jakoby trzeci z obiema potem przyczynę wadzić się miał, a zwłaszcza ten trzeci, który obiema do ugody pomagał, a który Cesarzowi J. M., najwyższemu concordiae istius arbitrio, sanguine, necessitudine, vicinitate, amore et fraternitate est conjunctissimus, a który z obiema królmi, którzy się jednali, zawzdy do tych czasów sanctissime affinitatis, vicinitatis, benevolentiae jura coluit. Niechajżeby Cesarz J. M. tej kości około Rewla i tych biskupstw w Inflanciech wrzucać między nas nie dopuszczał, jako pan w chrześciaństwie przedniejszy, a ten, do którego rąk to spuszczanie tych biskupstw działby się miało, bo się zaprawdę obawiamy, aby potem z tej małej iskry większy jaki ogień się nie wzniecił. Ostatek baczeniu waszemu poruczamy.

Dat. Varsaviae 21 Martii 1571.

CCLXXXVI.

Sigismundus Augustus etc.

Brancatio.

Magnifice s. n. d. De conquirendis testimoniis ad causam nostram pertinentibus et praesertim Scipionis Rocci intellexi-mus abunde, quae ad nos S. vestra scribit per litteras suas datas die 6 Januarii, quae nobis sane vetus et singulare S. vestrae erga nos studium videntur declarare. Verum illud arbitramur ad eam rem maxime pertinere, ut nobis ante omnia S. vestra sententiam suam perscribat et quidem nominatim, quantum sumptum ea res requirat, judicio S. vestrae. Quod quidem nos ubi cognitum ex litteris S. vestrae habuerimus, conabimur nos ad sententiam S. vestrae accommodare, quantum maxime poterimus. Opera quidem eorum, qui justitiae nostrae secundum veritatem testimonium perhibuerint, futura est semper gratissima. In reliquo hortaremur S. vestram ad complectenda istic negotia nostra, nisi et litterae ipsius singulare ipsius studium erga nos prae se ferant, et Venerabilis Agens noster optimum S. vestrae testimonium tribuere apud nos non desistat.

Dat. Varsaviae die 21 Martii A. D. 1571.

CCLXXXVII.

Sigismundus Augustus etc.

Imperatori Romanorum.

S. et E. Princeps domine, frater et consanguinee noster charissime et honorandissime. Ea est ratio negotiorum nostrorum Regnique nostri, ut ne nunc quidem verno hoc tempore conventus Silesiorum finitimi, qui Majio proximo institui de-

buerunt, possint per nostros celebrari. Nam et plerique eorum, qui a nobis commissarii designati fuerunt, in morbum his temporibus inciderunt, et tanta est brevitas temporis hinc ad Calendas Maji, quo die conventus institui debebant, ut nulla ratione alios in locum eorum recte substituere posse videamur. Tum autem praeterea omnis illa ora finitima in ditione nostra maxima omnium rerum ad victum pertinentium non solum caritate, verum etiam, quod majus est, plane penuria afflicta est, ut minime conventibus illis tam populorum quam commissariorum necessaria suppeditare possit. Quamobrem a Majestate vestra admodum postulamus, ut hanc quoque nostram hujus temporis excusationem verissimam in eam, quam optamus, partem interpretetur. Ac cuperemus nos quidem maxime conventum hunc, qui toties jam differtur, vel autumno saltem proximo celebrari: verum quoniam cum Majestate vestra sincere semper et aperte agere omnibus de rebus consuevimus, veremur hic quoque, ne ad eundem modum in ipso quoque autumno, ut nunc in vere, conventum hunc differri oporteat. Arbitramur enim tunc comitia Regni nostri sine dubio celebratum iri, quibus quidem consiliarios omnes nostros interesse oportebit. Occupatis autem consiliariis nostris negotio majori et urgentiori comitiorum ipsorum, intelligit ipsa Majestas vestra, quam conventus ille Silesiacus minime procedere posse videatur, cum ex consiliariis commissarii majores ad conventum illum semper soleant designari. Valde igitur a Majestate vestra et quidem amanter et fraterne petimus, patiatur totum hoc conventuale Silesiaticum negotium ad Majum usque anni proxime insequentis prorogari. Quo quidem tempore omnia ad eam rem pertinentia et certius institui et liberius agi ac curari poterunt. Interim hominibus nostris severe admodum edicturi sumus, ut se omnino adversus finitimos Silesitas, subditos Majestatis vestrae, benigne, humaniter et quiete gèrant, nec ulla ratione quietem intermedii temporis novis ullis controversiis perturbent, sive alienum sub praetextu sui appetendo, sive suum etiam a veteribus possessoribus vindicando: sed

ut omnia in eodem rerum statu, in quo nunc sunt, ad conventum usque proxime futurum conservent. Qui secus fecerit, de eo confestim extra ordinem jus dici expeditum jubebimus, et ad satisfactionem e vestigio compellemus. Non dubitamus autem quoque Majestatem vestram idem hoc suis quoque subditis illis imperaturam et severe edicturam esse. Neque enim quicquam prodesset haec apud nostros edici ac imeperari, nisi item apud Majestatis vestrae subditos sacerrime edicatur ac imperetur. De loco conventus futuri, de quo ipso nonnullam controversiam injectam esse intelligimus, etsi persuasum nobis est conventum Vschovensem superiorem non nostrorum culpa fuisse dissolutum, tamen damus hoc Majestati vestrae non gravate, ut quo in loco ipsa Majestas vestra instituendum putaverit, dummodo id fiat in locis usitatis et pactis communibus praescriptis, ibi nos eum institui hac vice assentiamur. De quo ipso Majestatis vestrae litteras exspectamus. Bene valere Majestatem vestram cupimus, eique fraternum nostrum amorem magnopere commendamus.

Dat. Varsaviae die 21 Martii A. D. 1571.

CCLXXXVIII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Cardinali Hosio.

I. et R. in Christo pater ac D. D. observandissime. Obsequiorum meorum commendationem. Accepi litteras I. P. vestrae proxime, de data 27 Januarii binas, itemque 3, 10, 17 Februarii singulas. Ad quarum quidem singula capita nunc non respondebo: facturum autem me spero commodius propediem in hoc otio, quod inter curandam valetudinem meam, quod facere proximis diebus constitui, sum habiturus.

De repraesentanda I. P. vestrae ipsius pensione in Aprili scripsi nomine meo Clodinio.

Facturum opinor et quidem tanto magis, quanto magis ex litteris ipsius intelligo, haec quattuor millia, quae a Vicerege extracta sunt, se in pensiones I. D. vestrae et I. Cardinalis Commendoni velle se convertere.

Ad litteras I. P. vestrae ad S. Regiam Majestatem de religionis causa scriptas, die 10 Januarii est responsum. Quod non satis responsum fuerit, occupationes aliae in causa fuerunt, quarum tamen rationem a P. vestra I. haberi est aequum. Tantae sunt enim, ut nisi summo meo conatu praecisae fuissent, ne ipsae quidem I. P. vestrae litterae tam diligenter de tanto negotio scriptae, legi Majestati Regiae tam cito potuissent.

Quod veretur I. P. vestra de perditis suis litteris ad 2 et 9 Decembris datis, id nihil est, salvae enim pervenerunt. Quod dicunt duas tresve postas sine ipsius litteris ad nos venisse, id ejusmodi est, ut tunc temporis per duas tresve hebdomades posta quidem nulla venerit, propter maximam itinerum incommoditatem, ubi autem postea venisset, binas ternasve nobis ab I. P. vestra simul attulerit.

Coadjutoris negotia sunt mihi atque etiam erunt in futurum magnae curae. Allatum est responsum a Capitulo ad legationem Regiae Majestatis per Solicovium, quod ejusmodi est, ut etiamsi pro Coadjutore eum non susceperint, propter rationem jurium, ut ajunt, et privilegiorum quorundam suorum, tamen missuros se esse sine mora ad Regiam Majestatem, qui et veniam deprecentur, et de ratione jurium ac privilegiorum suorum Majestatem ejus plenius edoceant. Quod quidem cum factum erit, meum studium domino Coadjutori non est defuturum. In aula hic quidem res ipsius melius habere jam videntur.

In reliquo, cupio I. P. vestram esse bono et tranquillo animo, etiam de iis, quos video esse istic apud illam immerito suspicionibus nescio quibus praegravatos. Sed, quod pace I. P. vestrae dixerim, videtur ingenuitas illorum aliquanto secus tra-

ctari et debuisse et debere. Optime valere I. P. vestram cupio, eique obsequia mea defero.

Dat. Varsaviae die 21 Martii A. D. 1571.

CCLXXXIX.

Idem.

Clodinio.

R. D. amice charissime. O sprawach Króla J. M. inszych pisze się W. M. w liście J. K. M. dostatecznie.

Co się tycze Krupki, gdyż się W. M. tak zdało expedientius oddać mu list Króla J. M. revocatorias, fiat. Co się tycze o odprawę jego tam stąd, nie wiem co innego, jedno dać mu ad rationem jego stipendii to, co tam zmieszkał i co na drodze strawi. Cetera nie wiem ani śmiem, aleby podobno nie wadziło W. M. dyskrecyi jakiej użyć przeciw jemu na odjeździe dla wiele rzeczy. Sed haec scribo, ut amicus.

Xiądz Wolski mi pisze, iż tam zastąpił za Perseum Cataneum w Hiszpanii dukatów podobno 200. O czem mam, iż i sam W. M. pisze. Trzebaby opatrzeć to przy płaceniu summy, która się ma dać Perseo od W. M., aby to Xiędzu Wolskiemu nie ginęło, bo mię o to prosił.

Vicerex [1]), dziwna rzecz, iż na żaden list Króla J. M. za mnie jeszcze nie odpisał. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae die 21 Martii A. D. 1571.

CCXC.

Idem.

Petro Wolski.

Generose domine, amice charissime. Insze rzeczy z listu

[1]) Antoni Granvellano.

J. K. M. wyrozumiesz W. M. Proszę, abyś W. M. negotia J. K. M. miał summae curae, tak jako widzę do tych czasów, iż nic na W. M. pilności nie schodzi. O dwieście skutów alboli dukatów u Perseum Catancum pisałem do Księdza Kłodzińskiego, aby to przy odprawie jego pamiętał, żeby W. M. nie zginęło. Rozumiem, żeś też sam W. M. do niego pisał o tem, wiedząc, tak jakośmy W. M. znać dali, iż mu Król J. M. 400 dać tam rozkazał. Jeśliś W. M. nie pisał, tedy W. M. napisz. Mea benevolentia semper tibi constabit. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae die 21 Martii A. D. 1571.

CCXCI.

Idem.

Lucae Podoski.

R. D. amice et frater charissime et honorande. O opatrzenie Angelów we mnie wątpić nic nie trzeba, bo je zdawna miłuję. Upatrzywszy czas, u Króla J. M. kusić się będę. Co odniosę, to potem dam znać W. M. Konie codzień to wynijść mają do Cesarza J. M. Złe drogi do tych czasów przeszkadzały.

Colenda liberalior aby się W. M. nagrodziła, starać się będę, takież i upominek D. Bebero. Sed haec temporis opportunitatem requirunt, o którą teraz u nas, zwłaszcza do takich rzeczy, bardzo trudno.

Za pracę, którą W. M. podejmujesz około synowca mego, dziękuję W. M. O granice Szląskie i o Narvicam navigationem i o sprawy Inflantskie, z listu J. K. M. W. M. wyrozumiesz. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae die 21 Martii A. D. 1571.

CCXCII.

Idem.

Ticinio.

R. D. amice charissime. Iż mię W. M. listy swemi nie przepominasz, miło mi to od W. M. Co się tycze pana Borukowskiego, wyrozumiałem, iż już dał część pieniędzy do D. Patrycego, a ostatek na środopoście obiecał. Środopoście już nadchodzi. Mam za to, iż pan Borukowski będzie pamiętał na obietnicę swoją. Alioqui tedy go ja przez list swój upomnię et D. vestrae non deero.

Około Vestrium co jest zdanie Króla J. M., pisze się do J. M. Xiędza Kardynała, bo się też J. M. za nim przyczyniał. Si studium suum Regiae Majestati probare perrexerit, może się mu za czasem i jurgielt jaki zjednać. Interim przedsię nie chce J. K. M., aby darmo miał służyć J. K. M.

Nepotem meum Bononiae nonnullis nobilibus nostris commendavi, aby nań oko mieli i często upominali. Sam go też przez listy upominać nie przestawam, jakie, rozumiem, iż mu zdrowsze niż smaczniejsze bywają. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae die 21 Martii A. D. 1571.

CCXCIII.

Idem.

Francisco Crupka.

Panie Franciszku miły. W rzeczy waszej piszę znowu do Księdza Kłodzińskiego, jakoby was tam odprawić miał. Wy, rozumiem, iż uczynicie jako mądry, optima nobis optabitis et

praesentibus contenti eritis; bo wiecie sami, jako dziś trudne czasy. Ja was miłuję, i gdzie będę mógł, pomagać będę.

Dat. Varsaviae die 21 Martii A. D. 1571.

CCXCIV.

Idem.

Settaro.

Magnifice domine, amice charissime. Obsequia sua omnia non dubitet D. vestra Regiae Majestati grata esse atque etiam fore. Mihi etiam officia illius, quae saepe ad me scribendis litteris solet declarare, valde sunt gratissima. Quod ita esse, per omnem idoneam occasionem M. vestra cognoscet. Bene valeat M. vestra.

Dat. Varsaviae die 21 Martii A. D. 1571.

CCXCV.

Sigismundus Augustus etc.

Palatino Cracoviensi [1]).

Magnifice s. n. d. Dano nam tę sprawę, iż Andrea z Baru, Włoch, bawiąc się przy nieboszczyku panie Przemyślskim, bracie W. M., dostał domu alboli placu we Lwowie i dożywocia na nim sobie i żonie swojej, a dostawszy, pobudował się. Teraz po śmierci nieboszczyka pana Przemyślskiego czynią mu trudność nie małą o to wszystko. Proponowano snać cztery kondycye, jakoby ta różnica słusznie porównana być miała, z których kondycyj każda podobała się W. M. Jedno iżeś W. M. chciał mało rozmyślić się, na którejby się przestać mia-

---

[1]) Stanisław Barzi.

ło. A tak, iż tego Włocha używamy na ten czas w pilnych posługach naszych, oznajmujemy W. M., iż nam W. M. rzecz wdzięczną uczynisz, gdy albo jednę rzecz z tych czterech proponowanych bez mieszkania obrać rozkażesz, albo rzecz do tego wieść będziesz, jakoby ten Włoch zatem, póki jest na posługach naszych, zachowan był wcale przy possessyi tego domu aż do rozprawy, która będzie, gdy się wróci z posługi naszej, na której nam na ten czas nie mało należy.

Dat. Varsaviae die 24 Martii A. D. 1571.

CCXCVI.

Sigismundus Augustus etc.

Capitaneo Leopoliensi [1]).

Generose f. n. d. Potrzebując na ten czas posługi Andrea de Bari, Włocha, który się tam we Lwowie osadził, daliśmy mu exempcyę jako słudze swemu, ab omnibus jurisdictionibus in causis civilibus, w których nie chcemy, aby kto inszy sądzić go miał jedno my sami. Już prawie wyjeżdżać miał na posługę naszą, gdy mu pisano, jako tam, mimo exempcyę naszą, prawo jakieś na nim przewodzą o dom, który i sam zbudował i dożywocie na nim ma pospolu z żoną swoją. Czego iż my o W.T. rozumieć nie możemy, żeby za starostwa W.T. listy nasze tak lekce tam uważone być miały, przeto rozkazujemy W.T. tym listem naszym, żebyś W. T. tego to Włocha i żonę jego in protectione sua miał jako starosta, a żebyś żadnem prawem przeciwko jemu postępować nie dopuszczał, bądź o ten dom, bądź o cokolwiek inszego in causis civilibus, ale żebyś to wszystko cum toto effectu odesłał do Majestatu naszego, reinducendo spoliatum in possessionem ejus domus, jeśliby mu temi

---

[1]) Mikołaj Herburt z Fulsztyna.

czasy przez kogośkolwiek odjęta była, a broniąc go w tej possessyi brachio nostro aż do rozprawy przed nami. Nie wątpimy, iż się W. T. tak zachowasz, jako piszemy, żeby się w posłudze naszej, na którą z rozkazania naszego jedzie, nie omieszkało. Gdzieby co inaczej, musielibyśmy się w tej mierze tak z W. T. obchodzić, jakoby nas prawo pospolite nauczyło. Factura F. tua pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 24 Martii A. D. 1571.

CCXCVII.

Sigismundus Augustus etc.

Lucae Podoscio.

Venerabilis d. n. d. Pisze do nas Xiążę J. M. Pruskie [1]), przodkiem zalecając nam sprawę poddanego i konsyliarza swego Wolfganga Kreicza, a prosząc, abyśmy w tej rzeczy i do Kurfirsta Saskiego pisali i do was takież, abyście u Cesarza J. M. solicytowali, żeby do Kurfirsta Saskiego [2]) pisać rozkazał, aby się Kurfirst na tego poddanego i Radę Xiążęcia skwapiać nie dopuszczał, jako szerzej z listu Xiążęcia J. M., który do nas w tej mierze pisał, i z kopii listu naszego, który do Kurfirsta Saskiego piszemy, wyrozumiecie: co oboje wam na ten czas posyłamy. Przełóżcież to wszystko pilnie Cesarzowi J. M. a starajcie się o list J. C. M. do Kurfirsta, żeby ten proces tak szkodliwy był co najrychlej zahamowan, a żeby strony albo sam do Prus odesłane były zarazem, gdzie leżą te dobra, o które się prawują, albo więc, ponieważ in ea causa ad camerae Imperialis judicium appellowano, żeby nic w tej kauzie nie innowowano, aż się appellacya odprawi. Wyrozumiecie też z listu tegoż Xiążęcia J. M., iż młody Margrabia Brandeburski [3])

---

[1]) Albert Fryderyk, Książę Pruski.
[2]) August II.
[3]) Jan Jerzy.

wzywa Xiążę J. M. ad simultaneam investituram feudorum Marchionalium a Caes. Majestate secum postulandam. A tak wy, wyrozumiawszy, co do nas w tej mierze Xiążę J. M. pisze, starajcie się modis omnibus, aby do tego feudum przypuszczon był za łaską J. C. M. per simultaneam investituram, która jednak wie Bóg kiedy swój effekt wziąć módz będzie. A Xiążę J. M., będzieli czas przestrzeńszy, pośle do tego aktu posły swoje; nie będzieli, tedy wy tam imieniem Xiążęcia J. M. to odprawcie, tak jako nas o to J. X. M. pilnie prosi. Interim dawajcie nam znać bez mieszkania dostatecznie o tej rzeczy, aby Xiążę J. M. albo posły swe posłał, albo saltem plenipotencyę na was do tego aktu. Jakoż jeśliby się czas skrócił, iżby ani plenipotencya posłana być tak rychło nie mogła, możecie ten list J. X. M. pokazać z podpisaniem ręki J. M., a w imię Boże sprawować to, co będzie należało, jeśli jedno będziecie przypuszczeni. O co ze wszelaką pilnością się starajcie.

Piszą też do nas z rozmaitych miejsc, iż tam w Rzeszy nie przestawają praktyki około pruskich ziem naszych. A tak upominamy was, abyście na to oczy, uszy i wszystkie zmysły pilnie mieli, a jeśliby co takiego było, coby nam wiedzieć należało, abyście nam bez mieszkania znać dawali. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 27 Martii A. D. 1571.

CCXCVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Electori Saxoniae [1]).

I. principi etc.

I. princeps. Memoria tenemus, quid nobis I. vestra per In-

---

[1]) August II.

ternuntium nostrum Fridericum Zaleski ante biennium fere significaverit de negotio Volfgangi a Creicen, Consiliarii ac militiae Praefecti I. Principis Domini Ducis in Prussia, nepotis ac Vasalli nostri charissimi, quod quidem negotium Creicio cum Petro Caesare, servitore I. vestrae intercedit. Nunc accepimus sententiam in eo negotio contra Creicium a judicibus Dioecesis Ceicensis pro Petro latam, ut judicium Creicius in alieno foro suscipiat de bonis, quae sunt in ducatu Prussiae, qui directe ad dominium nostrum pertinet, constitututa. A qua quidem sententia etsi ad cameram Imperii provocatum sit, nihilominus tamen, pendente appellatione in causa, per judices Ceicenses procedi, cum magno non solum Creicii, non solum I. domini Prussiae ducis, non solum nostro, praejudicio, sed etiam plane adversus formam juris ipsius, quod pendente appellatione nihil jubet innovari. Magnopere ab I. vestra petimus, ne permittat subditum nostrum et I. domini Prussiae ducis, nepotis nostri charissimi, tantopere a judicibus Ceicensibus, vel potius a Petro Caesare opprimi ac praegravari, quum nos praesertim, id quod iterum jam atque iterum I. vestrae offerimus, jus de Creicio unicuique dici mandaturi simus in loco, ubi et domicilium habet et bona ipsa, de quibus controversia est, sunt constituta, si modo id a nobis legitime postulatum fuerit. Res aequa est, nec dubitamus, quin ab aequitate I. vestrae facile sine negotio possit impetrari. Quod si non potest, illud saltem possit: ut auctoritate I. vestrae Petrus adigatur eventum appellationis factae ad judicium camerae Imperialis exspectare. Qua quidem re nullam arbitramur aequiorem ab I. vestra posse postulari. Erit ea res, ubi ab I. vestra impetrata per nos fuerit, hoc nobis ab I. vestra gratior, quo magis rem agi intelligit non solum Creicii, subditi nostri, non solum I. domini in Prussia ducis, quem principem tum necessitudinis et conjunctionis, tum vicinitatis, tum aetatis, tum superioritatis nostrae causa, necessario tueri debemus, sed etiam rem propriam ipsorum nostram, ad quos directum eorum bonorum dominium pertinet, de quibus inter Petrum et Crei-

cium istic ambigitur. Non dubitamus I. vestram aequissimorum istorum postulatorum nostrorum aequam esse rationem habituram. Bene valere I. vestram cupimus.

Dat. Varsaviae die 27 Martii A. D. 1571.

CCXCIX.

Franciscus Krasiuski, Vicecancellarius Regni.

Georgio Ticinio.

R. D. amice charissime. Jam tandem negotium pensionis cum domino Borukowski confectum est. Bo i dwieście dukatów węgierskich są w ręku naszych, procuratorum tuorum, i instrumentum publicum napisało się przez Pisarza de consensu nostro ad exstinguendam pensionem, który konsens aby był per sedem Apostolicam approbatus, a ta approbatio seu confirmatio aby nam była do ręku tu posłana, staraj się W. M. primo quoque tempore, tak jako się za W. M. przyrzekło in eodem instrumento. Co wszystko W. M. szerzej z niego poznasz, bom je rozkazał posłać W. M. A my skoro konfirmacyę mieć będziemy, tedy te dwieście czerwonych złotych węgierskich albo poślemy W. M. albo tam oddamy, gdzie W. M. rozkażesz. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae die 27 Martii A. D. 1571.

CCC.

Sigismundus Augustus etc.

Duci Prussiae [1]).

I. princeps domine, Nepos charissime. In negotio Volfgan-

[1]) Albert Fryderyk.

gi a Creicen, Consiliarii I. vestrae, quod illi cum Petro Caesare intercedit, scribimus ad I. D. Saxoniae Electorem eo exemplo, quod una cum litteris ipsis I. vestrae mittimus. Praeterea autem scribimus Venerabili Oratori nostro apud Caes. Majestatem, curet litteras quoque Majestatis Caes. ad eundem Electorem obtinere, ut causa Creicii aut huc ad judicium Prussiae remittatur, aut ne ante eventum appellationis pendeutis exsecutioni demandetur. Quod quidem utrumque a nobis I. vestra hoc tempore per litteras postulavit. Scribimus denique eidem Oratori nostro, petat nostro nomine diligenter a Caes. Majestate admitti I. vestram ad simultaneam hanc investituram feudorum Marchionalium, ad quam benigne ab I. Marchione Brandeburgensi juvene [1]) I. vestra invitatur: ut, si quidem temporis ratio patiatur, possit I. vestra Nuntios suos cum potestate in rem praesentem mittere, sin minus, ut Orator ipse noster vicem Nuntiorum I. vestrae in hoc genere obeat, et investituram hanc simultaneam nomine I. vestrae petat atque capiat. Qua de re volumus, ut nos primo quoque tempore Orator ipse noster faciat certiores. Interim praetermittere noluimus, quin I. vestram admoneremus, ut in omnem eventum mittat I. vestra litteras plenipotentiae ad hunc actum duntaxat, in personam Venerabilis Oratoris nostri, ne, si forte eo ventum sit, propter non missas plenipotentiae litteras a petenda et capienda nomine I. vestrae simultanea hac invenstitura prorsus excludatur. Quod ne fiat, litteras ipsi I. vestrae, quas ad nos iis de rebus proxime dedit, misimus, ut illis interea, si opus fuerit, pro plenipotentia aliquo modo uti possit. Quod scribit I. vestra de consiliis quorundam ex imperio adversus terras istas Prussiae, vellemus copiosius perscripsisset, quae et cujusmodi sint haec consilia et quibus potissimum auctoribus, adjutoribus, administris suscipiantur: ut, cum haec et ejusmodi alia cognoverimus, possemus tanto melius ad omnia attentiores esse. Quare scribat ad nos semper I. vestra ejusmo-

---

[2]) Jan Jerzy, Margrabia Brandeburski.

di rumores non solum copiose, verum etiam plane confidenter, in quibus suam nostramque pariter et Regni ac dominiorum nostrorum dignitatem verti intelligit. Bene valeat I. vestra.

Dat. Varsaviae die 28 Martii A. D. 1571.

CCCI.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni. Duci Prussiae.

I. princeps et D. D. colendissime. Obsequiorum meorum commendationem. Mitto I. Cels. vestrae litteras Sacrae Regiae Majestatis ad I. D. Saxoniae Electorem scriptas de negotio domini Volfgangi Creicii, simulque earum litterarum exemplum. Scriptum est praeterea ad R. D. Oratorem Majestatis Regiae, qui est in aula Caes. Majestatis, ut tam hoc negotium Creicii, quam illud I. Cels. vestrae proprium de investitura simultanea feudi Marchionici, omni adhibita apud Majestatem ejus Caes. diligentia, procuret. Et quia litterae plenipotentiae ad eam rem missae ab I. Cels. vestra non fuerunt, misimus R. D. Oratori litteras ipsas I. Cels. vestrae, ut iis pro plenipotentia uti possit, si necesse fuerit. Interim I Cels. vestra deliberet, utrum suos ipsa ad eam rem Nuntios, an plenipotentiae saltem litteras pro R. D. Oratore Majestatis ejus velit mittere, et quicquid deliberatum habuerit, primo quoque tempore exsequatur. Mihi quidem Nuntii potius mittendi viderentur ab I. Cels. vestra. Neque enim satis conveniens fuerit, mea quidem sententia, ut Orator Sacrae Regiae Majestatis aliam quam Majestatis ejus Regiae personam, praesertim in tam solenni actu, sustineat. Ne quid tamen in nobis desiderari videretur, scribi jussi nomine Regiae Majestatis ad eum id, quod scribi I. Cels. vestra voluit. Quod etiam heri ad eum est missum. In reliquo quicquid me .I Cels. vestra facere sua causa voluerit, meam consuetudinem

inserviendi I. Cels. vestrae lubens retinebo. Optime valere I. Cels. vestram cupio.

Dat. Varsaviae die 28 Martii A. D. 1571.

CCCII.

Sigismundus Augustus etc.

Clodinio.

Venerabilis d. n. d. Posyłając tam Joannem Antonium Petrarvolam, Dworzanina naszego, w niektórych pilnych sprawach naszych, naznaczyliśmy mu na tę drogę złotych naszych pięćset i czterdzieści; której summy połowicę, to jest florenos ducentos septuaginta tuśmy mu na miejscu dali, a drugą połowicę florenos ducentos septuaginta u was naznaczyli. Item zostaliśmy mu winni jurgieltu jego zasłużonego a die quarta Novembris anni domini 1568 aż ad diem quartam Augusti proxime futuri złotych naszych pięćset i pięćdziesiąt, któreśmy też takież jemu u was naznaczyli. A tak rozkazujemy wam, aby nic nie mieszkając, daliście mu wszystkiego złotych naszych ośmset i dwadzieścia, albo więc dukatów pospolitych Neapolskich in carlinis tyle, ile ta summa wyniesie, rachując złoty każdy po trzydzieści groszy naszych, a dukat po trzydzieści i półszosta grosza, tak, iż podobno ta summa octingentorum et viginti florenorum uczyni ducatos communes de carlinis in Regno Neapolitano currentes sexcentos nonaginta tres bez półtora grosza, salvo meliori calculo, którą summę rozkazujemy, abyście chcet za oddaniem tego listu naszego zapłacili jemu, albo temu, którego on imieniem swem po nie pośle. A my to od was na liczbie za kwitem jego przyjmiemy. Przytem, iż tam ma kupić kilka koni, jeśliby w tej mierze potrzebował pomocy waszej, bądźcie mu tak w tem jako i w innem należni, pro servitio nostro.

Dat. Varsaviae die 28 Martii A. D. 1571.

CCCIII.

Franciscus Krasinski, Viccancellarius Regni.

Clodinio.

R. D. amice charissime. Iż tam jedzie w pilnych posługach Króla J. M. P. Antoni Petrarvola, Dworzanin J. K. M., zalecam go pilnie W. M., przodkiem, żebyś mu W. M. w pieniądzach, które mu Król J. M. u W. M. naznaczył, omieszkania nie czynił, a przytem jeślibyś się mu W. M. tam w czem zachować mógł, żebyś mu się W. M. nie wymawiał, zwłaszcza ku posłudze J. K. M. Erit id mihi gratissimum et D. vestrae honorificum. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae die 28 Martii A. D. 1571.

CCCIV.

Idem.

Camillo Brancatio.

I. et magnifice domine, amice charissime et honorandissime. Cum mitteret istuc S. Regia Majestas in nonnullis negotiis suis Generosum dominum Joannem Antonium Petrarvolam, Aulicum suum, faciendum mihi esse existimavi, ut per eum Mag. Dom. vestram salutarem, ipsique officia et studia mea solita deferrem. Ceterum, quod ad plerasque litteras Mag. vestrae, quibus mihi prolixe admodum benevolentiam et grati sui animi significationem saepissime defert, hactenus per litteras meas non respondi, id per hunc D. Joannem Antonium Petrarvolam, Aulicum Regiae Majestatis, facio, cui Mag. Dom. vestra

fidem in iis omnibus habere dignetur. Optime valere Mag. Dom. vestram cupio.

Dat. Varsaviae die 28 Martii A. D. 1571.

CCCV.

Sigismundus Augustus etc.

Capitaneo Zakrocimensi.

Generose f. d. Dano nam sprawę, iż tej przeszłej nocy u Zakroczymia w gospodzie u Jana Wężki, przewoźnika, okradziono poddanego Xiążęcia J. M. Pruskiego i przy nim drugiego sługę Hanuslajsowego, a przy tym poddanym Xiążęcia J. M. Pruskiego były też i listy nasze do Xiążęcia J. M. Iż rzecz jest świeża, rozkazujemy W. T., abyś wczwawszy przedsię natychmiast tego istego przewoźnika, wszystkiego się od niego dostatecznie wywiedział, i o tem wszelaką pilność uczynił, i uczynić rozkazał, jakoby się ta zguba wróciła tym obiema, i dalej w tej mierze abyś W. T. tak postąpił, jako prawo i sprawiedliwość uczyć będzie, bo, tak jako nam sprawę dają, ten przewoźnik sam nie jest bez podejrzenia. Inaczej abyś nie czynił pod łaską naszą.

Dat. Varsaviae die 1 Aprilis A. D. 1571.

CCCVI.

Sigismundus Augustus etc.

Caesareae Majestati.

Serenissimo et Excellentissimo principi &c.

Serenissime etc. Magnum nobis et peracerbum dolorem attulit nuntius de immatura ista et universae christianae reipubli-

cae intempestiva morte Serenissimi Principis Transylvaniae, Nepotis nostri [1]), de qua ex litteris Reverendi in Christo Patris, domini Adami Konarski, Episcopi Posnaniensis, nostri apud Majestatem vestram Oratoris intelleximus. Praeterquam enim quod mortem Principis tam arcta nobis et propinqua necessitudine conjuncti non dolere non possumus, profecto eorum tractatuum, qui de bono publico cum M. vestra conclusi pridem ac firmati sunt, partem reliquam, quae ad firmiorem inter Majestatem vestram et Serenitatem illius amicitiam constabiliendam pertinebat, morte ipsius esse interruptam, magnopere et ex animo, tum ipsius Majestatis vestrae, tum universae reipublicae christianae causa dolemus. Illud nos tamen in eo dolore non mediocriter recreavit, quod, Majestatem vestram de tristissimo casu isto cum dicto Oratore nostro non minus dolenter quam confidenter egisse, et solitam suam erga nos benevolentiam declaravisse, ex litteris ipsius Oratoris intelleximus. Equidem quod Majestatem vestram attinet, sane quibus conditionibus pacificatio inter Majestatem vestram et Nepotem nostrum demortuum fuit constituta, eae conditiones ut possint hoc tempore quam facillime ad exitum suum cum Majestatis vestrae dignitate et bono totius reipublicae christianae pervenire, id vere ex animo Majestati vestrae favemus. Itaque etiam nunc, cum mitteremus in Transylvaniam ad Consiliarios, tum consolandi eorum causa, tum vero inprimis officii nostri gratia, quod nos mortuo tam propinquo nobis principi debere intelligimus, non praetermisimus nostro quoque nomine Consiliarios ipsos adhortari, ut, quibus pactis concordia et pax inter Majestatem vestram et terras illas confecta ac firmata est, ab iis pactis ne discedant et quam maxime provideant, ne terras illas varietate consiliorum suorum in extremum aliquod, quod absit, discrimen adducant. Non dubitamus autem vicissim, ipsi quoque Majestati vestrae salutem et incolumitatem illarum ditionum curae fore. Nos quod attinet, quicquid erit, quod nobis

---

[1]) Jan Zygmunt Zapolya.

istic vel testamento principis ipsius a Majestate vestra Spirae confirmato, vel praeterea jure successionis, propter dotem Serenissimae olim Sororis nostrae Isabellae in Transylvaniam illatam, debeatur, in eo, cum reliquorum omnium, quorum interierit, tum vero inprimis Majestatis vestrae voluntatem promptam et expeditam nobis non esse defuturam, certo nobis persuademus. Cetera ex Oratoribus ipsis nostris, vel, si alter abfuerit, ex altero eorum, Majestas vestra cognoscet, quibus plenam fidem habebit, et optime ac diutissime valebit, cujus nos fraterno amori ex animo commendamus.

Dat. Varsaviae die 5 mensis Aprilis A. D. 1571.

CCCVII.

Sigismundus Augustus etc.

Episcopo Posnaniensi [1]).

R. in Christo pater, s. n. d. Intelleximus, cum ex litteris ipsis D. Bekes [2]) ad nos scriptis, tum vero multo magis ex iis,

---

[1]) Adam Konarski.

[2]) Kasper Bekiesz, jeden z najbliższych doradców Jana Zygmunta Zapolii, Księcia Siedmiogrodzkiego, w tym czasie jeździł w poselstwie do Cesarza Maxymiliana. Za staraniem jego jakoteż Adama Konarskiego, zawarte zostało przymierze pomiędzy Cesarzem i Królewiczem Węgierskim, kiedy o śmierci tegoż wieść otrzymano. Zręczny i przebiegły Bekiesz, ufny w przychylność i poparcie Cesarza Maxymiliana, zamarzył o wyniesieniu się na tron książęcy. Przyjechawszy z tą myślą do kraju, potrafił Bekiesz zjednać sobie stronników, wszakże niedługo cieszył się nadzieją, albowiem powszechną wolą narodu powołany został na tron Siedmiogrodzkiego Księztwa Stefan Batory de Somglio, dnia 25 Maja 1571 r. Atoli Bekiesz nie przestał intrygować i wichrzyć; jakoż w końcu 1574 r. wysłany przez Cesarza Maxymiliana, na czele niemieckich posiłków wtargnął do Siedmiogrodu, ale wkrótce pobity na głowę, ratował się ucieczką. Skoro Stefan Ba-

quae ad nos de eo scribit S. tua, non vulgare esse ipsius erga nos studium. Quamobrem etsi nos quidem minime dubitamus, ita ipsum a S. tua dimissum Praga esse, ut studium illud suum erga nos non dubitaret retinere, atque etiam per omnem occasionem nobis declarare, tamen, quod ipsi fecimus, ut eum de singulari isto animo erga nos per litteras nostras collaudaremus, eoque nomine omnem significationem egregiae nostrae voluntatis exspectare a nobis juberemus, idem S. tuae quoque faciendum esse existimamus. Quamobrem non intermittet S. tua litteras suas ad illum dare, quibus illum etiam atque etiam ad negotia nostra Transylvanica incendat, vel potius incensum jam inflammet et, quod caput est, de gratissimo nostro animo faciat certiorem. Hoc idem et oretenus S. T. faciet, si praefatus D. Bekes adhuc ex aula Caesaris in Transylvaniam non discessit. Quod quidem quo uberius S. tua fecerit, hoc se magis ad voluntatem nostram accommodaverit.

Dat. Varsaviae die 5 Aprilis A. D. 1571.

CCCVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Episcopo Posnaniensi et Lucae Podoski.

R. in Christo pater, sincere et Venerabilis devote nobis dilecte. Gdyż tak Pan Bóg mieć raczył, aby Królewicza J. M., siostrzeńca naszego do siebie temi czasy tak prędko a prawie bez wieści wezwać raczył, acz z tego żałość nie małą na sercu naszem mamy, jednak to wszystko Panu Bogu poruczamy. Co

---

tory koronowany został jako Król Polski, Bekiesz stawił się przed nim w Bydgoszczy i prosił o przebaczenie. Udarowany łaską, otrzymał dowództwo nad wojskiem węgierskiem Króla Stefana, z którym w Pskowskiej znajdował się wyprawie. Umarł w Grodnie 1580 r.

w tej mierze do Cesarza J.M. piszemy, to z kopiej, którą wam z listem pospołu posyłamy, wyrozumiecie. Oddawając list, jeśli będzie J. M. Ksiądz Biskup, tedy on: jeśliby odjechał, tedy wy, Księże Podoski, a zaleciwszy zwykłą naszą chęć bracką Jego C. M., naprzód tę żałość naszą opowiecie, którą mamy z tej śmierci siostrzeńca naszego niespodziewanej, a z nie małem niebezpieczeństwem rzeczypospolitej chrześciańskiej na ten czas przypadłej, gdzieby ta przygoda, czego Boże uchowaj, nie była zdrową a gotową radą opatrzona. Podziękujcie potem J. C. M., iżeśmy z listu J. M. Księdza Biskupa wyrozumieli, jako żałośnie J. C. M. tę śmierć jego przyjmuje, a jako się życzliwie przeciwko nam w tej mierze pokazuje, chcąc i rady naszej w tych rzeczach używać, i do nas około wszystkich tych potrzeb bez mieszkania pisać. Ofiarujcież J. C. M. verbis amplissimis wszelaką chuć, przyjaźń i życzliwość naszą, jako powinowatemu i bratu naszemu, do tego wszystkiego, co jedno z pisania J. C. M. w tej mierze tak ku J. C. M., jako ku wszystkiej rzeczypospolitej chrześciańskiej dobremu i zdrowemu być wyrozumiemy, a co się nam jedno uczynić będzie godziło: gdyż my J. C. M., jako ugody z Królewiczem J. M. z sercaśmy pomagali, tak i wszystkiego wedla tej ugody z serca, dalibóg, życzymy i życzyć do końca będziemy. Oznajmijcie też J. C. M., iż i na ten czas, czując się w powinności naszej przeciwko nieboszczykowi siostrzeńcowi naszemu, posyłamy tam posła naszego do Siedmiogrodzkiej ziemie, opowiadając Radzie onej ziemie chęć naszą przodkiem przeciwko nieboszczykowi Panu ich, za powinowactwem spólnem naszem, tudzież i przeciwko nim, za tem sąsiedztwem, które z nami mają, a ciesząc je w tej przygodzie. Gdzieśmy też i to przypomnieć rozkazali, aby się starali i to opatrowali, żeby swojem rozerwaniem jakiem, czego Boże uchowaj, onych ziem w jawne niebezpieczeństwo nie przywodzili, ale raczej, aby się wedla kondycyj z Cesarzem J. M. namówionych, postanowionych, poprzysiężonych, zachowali, ku swemu i onych wszystkich krajów dobremu. Jakoż zaprawdę o J. C. M. rozumiemy, iż dobre

a bezpieczne onych krajów z chęci opatrować będzie, a snać tem więcej, iż gdzieby się to nie opatrzyło, wszystko chrześciaństwo, a nakoniec państwa inne J. C. M. bez niebezpieczeństwa by nie były. Naostatek, iż J. C. M. dobrze wiedzieć raczy, że Królewicz nieboszczyk testament uczynił, który sam J. C. M. konfirmował, na którym testamencie nam nie mało i znacznych rzeczy ruchomych odkazano jest; item, iż J. C. M. nie mniejszą tego wiadomość mieć raczy, iż odprawa nieboszczki Królowej Izabelle, siostry naszej, na nas prawem przyrodzonem i wszelakiem innem przypadła; powiecie J. C. M., iż jako my J. C. M. wszystkiego życzymy, co na J. C. M. słusznie należy po śmierci Królewicza J. M., tak też nie wątpimy, iż J. C. M. tego wszystkiego życzyć nam będzie i do tego pomagać, co nam po tymże Królewiczu J. M. właśnie wedla prawa naszego należy.

Po tem wszystkiem powiecie J. C. M. i to, iż mając posłać temi czasy do Cesarza Tureckiego [1]), napominać się dani zwykłéj z owiec i z baranów od poddanych jego, wedla postanowienia i pakt spólnych, które z nim mamy: rozkazaliśmy też temu posłowi tam opowiedzieć, gdzieby go o to pytano, iżeśmy do Siedmiogrodzkiej ziemie posła naszego temi czasy posłali, przodkiem z powinności naszej przeciwko nieboszczykowi siostrzeńcowi naszemu zmarłemu, potem też dla bona immobilia, które na nas po śmierci Królewicza, tak z testamentu jego, jako też ratione reformationis dotis nieboszczki siostry naszej, Królowej Węgierskiej, przypadły. To dlatego piszemy i Cesarzowi J. M. powiedzieć każemy, aby J. C. M. nic inszego nie rozumiał o tem pisaniu naszem na ten czas do Turek, jedno tak, jako piszemy.

Co piszemy do Pana Bekesza i do Status Transylvaniae przez posla naszego, którego tam posyłamy, takież drugie listy tamże do Siedmiogrodzkiej ziemie w ręce wasze posyłamy in

---

[1]) Soliman II.

omnem eventum, dla trudnych przejazdów, suspectis istis temporibus. A tak te listy przez kogo pewnego, któryby tam od Cesarza J. M. jechał, in Transylvaniam, do Pana Bekesza poślijcie, i jego sami z siebie upomnijcie, aby w rzeczach naszych około spadku takiego po Królewiczu J. M. i po nieboszczce matce jego, tak ex testamento, jako ratione reformationis dotis, stateczności i życzliwości swojej do końca nam pokazować nie przestawał, upewniając go o łasce naszej, gdzie go sobie przychylnym być w tej mierze poznamy. Tak jako i my sami do niego piszemy.

Dat. Varsaviae die 5 mensis Aprilis A. D. 1571. Regni nostri anno 42.

CCCIX.

Sigismundus Augustus etc.

Lucae Podoski.

Venerabilis d. n. d. Coście nam pisali die undecima Martii około odpisu tak około granic, jako i około amicabilem compositionem de Prussia, na to wszystko odpisaliśmy już Cesarzowi J. M., i nie watpimy, iż to już dawno w ręku macie. Co się tycze tych nowin, które nam w tymże liście piszecie, z łaską przyjmujemy w tej mierze wiarę i pilność waszą, której wy nam w takich rzeczach do końca okazować nie przestawajcie. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 5 mensis Aprilis A. D. 1571.

CCCX.

Franciscus Krasinski, Viceancellarius Regni.

Jacobo Montano.

R. D. amice charissime. Acz za wielą innych przyczyn przeciw wam samemu, ale i to była niepośledniejsza, przeczem

się snadniej był dał przywieść ad cedendum domo mea W. M., iżem chciał eadem opera utrisque vobis gratificari, które miłuję, wam domem swoim, a D. Patrycemu [1]) domem W. M. To jeśli tak idzie, non est, quod me officii mei poeniteat. Lecz iż widzę, iż się o domek D. Patrycemu coś oparło, proszę, żebyś się W. M. starał modis omnibus, aby i to skutek swój wzięło, gdyż tylko na tem się zastanowiło. Nie widzę zaprawdę, aby J. M. X. Biskup [2]) mógł lepiej beneficium to swoje collocare nad Pana Doktora Patrycego, zwłaszcza, gdyż to J. M. obiecał. O czem też sam J. M. X. Biskupowi piszę i nie wątpię, iż to J. M. dla mnie uczyni. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae die 5 Aprilis A. D. 1571.

CCCXI.

Sigismuudus Augustus etc.

Universis et singulis, quorum interest, significamus. Supplicatum nobis esse nomine Famati Venceslai Hess, civis Opaviensis, ut illi benigne de litteris ejusmodi prospicere dignaremur, quibus fretus, possit per se vel per procuratores ac factores suos, in Regnum nostrum adveniens, boves eo pretio, de quo cum venditoribus convenerit, emere, emptosque extra Regnum nostrum agere, teloneis et vectigalibus omnibus legitime persolutis. Quamobrem omnibus, quorum interest, tenore praesentium litterarum nostrarum denuntiamus, ne quis praedicto Venceslao Hess vel factoribus ipsius, praedictam negotiationem boum intra Regnum nostrum more usitato et legibus permisso exercentibus, audeat difficultatem ullam aut impedimentum adferre: quin potius volumus, ut omnes subditi nostri benigne eos ubique excipiant et cum eis contrahant et,

---

[1]) Andrzej Patrycy Nidecki.
[2]) Biskup Krakowski, Filip Padniewski.

solutis vectigalibus ac teloneis usitatis, libere eos dimittant. Pro gratia nostra et sub poena in contravenientes arbitrio nostro reservata.

Dat. Varsaviae die 8 Aprilis A. D. 1571.

CCCXII.

Sigismundus Augustus etc.

Clodinio.

Venerabilis d. n. d. Tysiąc skutów, które się zyskały in causa contra Honoratum Zizum, civem Barensem, darujemy wam za pracę i pilność waszą, chcąc, abyście na potem takiejże pilności i starania w inszych rzeczach naszych używali; jakoż o wierności i pilności waszej nic nie wątpimy.

Franciszkowi Krupce, gdyż tu snać przyjechać ma, dajcie na strawę ducatos communes in regno currentes in carlinis centum. Co my wszystko in rationibus D. tuae przyjmiemy.

Dat. Varsaviae die 9 Aprilis A. D. 1571.

CCCXIII.

Litterae passus in Italiam.

Sigismundus Augustus etc.

Serenissimis, Reverendissimis, Illustrissimis, Magnificis, Generosis dominis, Regibus et Principibus, tam ecclesiasticis quam secularibus, Archiepiscopis, Episcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Equitibus, Capitaneis, Locumtenentibus, Regentibus, Gubernatoribus, liberis civitatibus, Vicesgerentibus et quorumvis locorum Praefectis ac aliis quacumque dignitate, titulo et praeeminentia illustri-

bus ac insignitis; nec non Palatinis, Castellanis, Rectoribus, Nobilibus, Magistratibus, Communitatibus, Burgrabiis et civium Magistris, Consulibus, Officialibus, portuumque et passuum custodibus, ac ceteris quibuscumque universaliter omnibus et specialiter singulis, ad quos praesentes nostrae pervenerint litterae, amicis nostris. Salutem et de omnibus bene merendi studium: subditis vero nostris, gratiam nostram regiam.

Cum hoc tempore mitteremus in Italiam Magnificum Antonium Latertianum, juris utriusque doctorem, Secretarium et Advocatum nostrum, in certis negotiis nostris, faciendum nobis esse existimavimus, ut, quo hujusmodi iter suum tutius et securius conficere possit, eum Dominationibus vestris commendaremus, quemadmodum quidem praesentibus litteris nostris commendamus, postulantes ab eis, subditis vero nostris mandantes, ut illum cum omni comitatu ejus, familiaribus, equis, rebusque suis omnibus, per loca et dominia sua benigne excipiant et, si qua in re opera, gratia, auctoritate, auxilio illorum, in negotiis nostris opus habuerit, quam maxime poterunt, nostra causa adjuvent, tutum denique, securum et benignum illi transitum, commorationem ac reditum praestent: a solutione etiam quorumvis vectigalium, teloneorum, seu quocumque nomine alio nuncupatarum ejusmodi praestationum, immunem et liberum efficiant, de salvo conductu etiam illi, si opus habuerit, provideant, nec quicquam ab eo pestilentis contagionis metuant. Dei enim Optimi Maximi beneficio, ea loca, ubi nos agimus et per quae ipse proficiscitur, intacta et illaesa a contagione ipsa exsistunt. Quod D. vestrarum erga nos studium pari vel majori deinceps benevolentia nostra referre studebimus, subditis vero nostris, ne secus fecerint, mandamus.

Dat. Varsaviae die 9 Aprilis A. D. 1571. Regni nostri 42.

CCCXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Caesareae Majestati.

S. et E. Principi, domino Maximiliano Secundo etc. Salutem et omnis felicitatis continuum incrementum.

S. et E. Princeps domine, frater charissime et honorandissime. Adferuntur ad nos rursus rumores ex Germania de occultis conatibus nonnullorum adversum nos et adversum Prussiae terras nostras. Nam et Magister ipse Theutonicorum vulnus, quod intus semper alit, non fere dissimulare dicitur et ceteri, quorum ingenia conquiescere non norunt, ejusmodi sibi quandam provinciam deposcere dicuntur, qua coelum terrae misceant et bellis omnia involvant, cum minime necessarris, tum orbi etiam christiano atque adeo inprimis auctoribus ipsis perniciosis. Atque id quidem eo potissimum tempore in Germania fieri dicitur, quo Majestas vestra, Germaniae dominus, pro sua singulari prudentia et erga nos fraterna benevolentia, et ipsis quidem, qui haec conari dicuntur, aperte ostendere non dubitat, consilia eorum sibi magnopere displicere et nobis etiam ipsis illustrem admodum dat significationem, se quietioribus consiliis universos istos praetextus de Prussia componere, in animo habere. Itaque de omnibus his rebus copiose ad Venerabilem Lucam Podoski, Oratorem nostrum scribimus, ut is omnia, quantum opus est, Majestati vestrae verbis nostris referre possit: cui ut fidem Majestas vestra habeat, etiam atque etiam rogamus. Non dubitamus autem, ubi rem intellexerit, facturam esse Majestatem vestram, ut et ejusmodi turbulentos conatus primo quoque tempore comprimat, nec permittat flabellis istis hominum seditiosorum bella cieri, primum ab his temporibus alienissima, deinde etiam rebus christianorum communibus incommodissima. Ut, quemadmodum quidem omnes homines omnia Majestatis

vestrae negotia summopere cordi nobis esse intelligunt, in quibus nos Majestati vestrae omne nostrum studium et amorem fraternum studemus modis omnibus et omnibus temporibus declarare, ita quoque vicissim Germania ipsa intelligat, nos, dignitatem, tranquillitatem tum nostram, tum populorum nostrorum, cordi esse Majestati vestrae, in ejusmodi praesertim consiliis debilitandis, quae non aliud quam ad concutiendum orbem christianum universum viderentur pertinere. Bene valere Majestatem vestram cupimus, ejusque nos fraterno amori magnopere commendamus.

Dat. Varsaviae die 10 Aprilis A. D. 1571. Regni nostri 42.

CCCXV.

Sigismundus Augustus etc.

Lucae Podoski.

Venerabilis d. n. d. Piszą nam z różnych stron, jedni o praktykach Mistrza Niemieckiego [1]), jakoby on na rozjezdnem ze Spiry, protestowawszy coram ordinibus imperii jakieś krzywdy swoje, któreby tak on jako imperium wszystko mieć miało od Korony naszej, miał się potem do tego brać, żeby posłuszeństwo Imperio et Caes. Majestati wypowiedział, jako tym,

---

[1]) Jerzy Hund von Menkheim, obrany Mistrzem rycerzy Zakonu Niemieckiego, szukał protekcyi i pomocy wszystkich niemal panujących, w celu opanowania Pruskiej ziemi. Cesarz Maxymilian pisał za nim protekcyonalne listy do Króla Zygmunta Augusta; także Papież Pius V, pod d. 12 Czerwca 1570 r. wnosił instancyę, ażeby Król na Sejmie Rzeszy Niemieckiej w Spirze dopomógł Mistrzowi do rozstrzygnięcia sprawy Pruskiej na korzyść Zakonu. Patrz: Monumenta Poloniae Theinera; str. 747.

od których ratunku mieć nie może do tego, na co się uparł, a wypowiedziawszy posłuszeństwo, żeby privatim mieczem tego na nas dochodził, co mieni, żeby mu odeszło. Drudzy zaś piszą do nas, żeby Joannes Albertus, Xiążę Mekelburskie, miał na to wieść Cesarza J. M., aby mu przeciwko Prussom wojnę podnieść dopuścił, i owszem, żeby tylko ten głos J. C. M. puścić raczył, jakoby sam przeciw Prussom wojnę ruszył, a onby potrzeby wszystkie na tę wojnę dać i opatrzyć chciał i o to się postarać, jako Prussów wrychle dostał. A iż na to J. C. M. przyzwolić mu nie chciał, przeto on do Dejczmistrza [1]) snać i do niektórych Biskupów się udał, chcąc z niemi około tego przedsięwzięcia swego do końca praktykować. A iż wrychle zjazd być ma w jego ziemi in oppido Gustrovii [2]), gdzie Król Duński [3]) z Kurfirstem Saskim [4]) zjechać się mają, tak ludzie rozumieją, żeby Joannes Albertus tego zjazdu omieszkać nie miał, kując to, coby nam i Pruskim ziemiom ku szkodzie być mogło. Jako to szerzej wyrozumiecie z kopij tych listów, które wam posyłamy. Piszemy o tem tak z wierzchu Cesarzowi J. M., jako z kopii listu naszego wyrozumiecie. Lecz wy J.C.M. wszystko dostateczniej imieniem naszem powiecie, jedno wzdy confidenter a nie wspominając, żebyśmy to od tych mieli, których kopie listów wam przytem posyłamy, albo też żeby od tych, które oni w liściech swych do nas confidenter mianują. Tylko podziękowawszy za tę chęć J.C.M., iż nieprzyjaciołom naszym i ziem naszych bynajmniej nie podroża [5]); będziecie prosić J. C. M., aby te consilia tak rzeczypospolitej chrześciańskiej szkodliwe wniwecz obrócił, gdyżby to snać nikomu innemu gorzej nie wyszło jako auctoribus ipsius, a gdyż to hamować nikomu bardziej nie przystoi jako J. C. M., który i w rze-

---

[1]) do mistrza zakonu Teutońskiego.
[2]) Güstrov, w W. Ks. Meklemburg-Szweryńskiem.
[3]) Fryderyk II.
[4]) August II.
[5]) nie schlebia.

czach wszystkich swoich wielką chuć i życzliwość naszą braterską zawzdy przeciw sobie po nas znać raczy, i ktemu który już od pewnego czasu to przedsięwziąść raczył, jakoby te pretendencye niepotrzebne Mistrzowskie na ziemie Pruskie, quietioribus consiliis na stronę zniesione być mogły. Co jeśli po J. C. M., tak jako nie wątpimy, do końca znać będziemy, pozna też nas J. C. M. za się w rzeczach swoich co dalej to życzliwsze i chutliwsze do wszystkiego, co jedno po nas J. C. M. słusznego żądać będzie, albo czego się też sami domyślić módz będziemy.

Pisaliśmy też niedawno do was około simultaneam investituram na successionem feudorum Electoratus Brandeburgensis z strony Xiążęcia J. M. Pruskiego, tak jakoście to z listu J. X. M. do nas napisanego, któryśmy wam przedtem posłali, wyrozumieć mogli. Teraz nam Xiążę J. M. pisze, dokładając dwu rzeczy. Jedna, aby go do tej sukcessyi J. C. M. przypuścić raczył, na miejscu jego, to jest secundum cognationis ac propinquitatis lineam a nie pośledz. Druga, aby go na ten hołd juvenis Electoris Brandeburgensis ad simultaneam istam investituram feudorum Brandeburgensium capiendam listy swemi Cesarskiemi wezwać raczył. O co oboje chcemy abyście się ze wszelaką pilnością tam starali, a Xiążęciu J. M. i nam o wszystkiem tem znać wczas dawali, jako się wam powiedzie. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 10 Aprilis A. D. 1571.

CCCXVI.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Podoscio.

R. D. frater et amice charissime et honorande. Nie wspominając tego, co się pisze w liście Króla J. M. do W. M., proszę,

oddaj W. M. ten list panu Geraltowskiemu [1]) bez omieszkania, a powiedz mu W. M., iż to jest wola J. K. M., aby się tam jeszcze do czasu przy Cesarzu J. M. zadzierżał, gdyż i Cesarz J. M. przepuścić go tak rychło nie chce i Król J. M. dla wywiadowania tych praktyk niemieckich około Prus, które się teraz wznawiają, bardziej go tam na ten czas potrzebuje. Już mu miejsce u J. K. M. nigdy nie zginie, które zawzdy będzie miał uczciwe na dworze J. K. M., kiedykolwiek przyjedzie, jedno iż teraz większą tam posługę J. K. M. czynić może, dawając znać J. K. M. o tych rzeczach, niż kiedyby tu na ten czas przyjechał. Powiedz mu i to W. M. Ponieważ pan Margrabia z Ansbachu [2]) tak bezpiecznie z nim około tych conatus Dejczmistrzowych mówił, jako z kopii listu J. X. Biskupa Poznańskiego [3]) wyrozumiesz W. M., żeby on jakoby sam z siebie tego podał panu Margrabi z Ansbachu i ktemu go wiódł, gdzieby, czego Boże uchowaj, posłyszał o jakiem wyprawowaniu służebnych do Pruss, żeby on też z ludźmi swemi tego ziemie plondrować nie zaniechał, któryby tu wojsko jakie przeciw Prussom wyprawował. Około tego możesz mu W. M. confidenter odkryć te praktyki Mekelburskie, które W. M. z kopii listów wyrozumiesz.

Mieliśmy wczora od W. M. listy per postam extraordinariam de data vigesima nona Martii, a my nowinę o śmierci Królewiczowej [4]) wiemy tu od tego dnia przedtem niż listy W. M. przyszły. To dlatego piszę, abyś W. M. napotem praefectos postae szanował, a gdzie nie trzeba, żebyś ich W. M. w utratę niepotrzebną nie wprawował, bo im tu tej utraty koniecznie żaden nie nagrodzi, a im szkoda, mnie ich też żal, bo ludzie są dobrzy. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae die 10 Aprilis A. D. 1571.

---

[1]) Jan Geraltowski.
[2]) Jerzy Fryderyk.
[3]) Adam Konarski.
[4]) Jan Zygmunt, Królewicz Węgierski.

CCCXVII.

Idem.

Joanni Geraltowski.

Generose D. amice charissime et honorande. Aczby tu był rad J. K. M. widiał W. M. co najrychlej, wszakoż wyrozumiawszy z pisania J. X. Biskupa Poznańskiego około tych praktyk Dajczmajstra, tak J. K. M. umyślił i to mi pisać rozkazał, abyś się tam jeszcze W. M. do kilku miesięcy pozadzierżał, a o tych praktykach Mistrzowskich co najgruntowniej się wywiadował i co najdostateczniej J. K. M. znać dawał, chociaż przez posła J. K. M. Miejsce na dworze J. K. M. będziesz już W. M. zawzdy miał uczciwe, tak iż tym czasem, który tam jeszcze strawisz na tych posługach J. K. M. przy dworze J. C. M., rychlej W. M. przybędzie łaski J. K. M. niż ubędzie. Zatem chciej W. M. tego podać sam z siebie panu Margrabi z Ansbachu, gdzieby do czego przyszło, aby byl gotów wjechać z ludźmi swemi i uderzyć w ziemię tego pana, któryby chciał ludzi jakie do Prus na wojowanie ziemie wyprawować. Bo co się tycze Pruskiej domowej obrony, jużby to tu Król J. M. z pany Radami swemi i z Xiążęciem J. M. Pruskim, za łaską Bożą odprawił. O czem ma też Xiądz Podoski nieco z W. M. mówić z rozkazania J. K. M. Z tem się W. M. przyjaźni zalecam.

Dat. Varsaviae die 10 Aprilis A. D. 1571.

CCCXVIII.

Sigismuudus Augustus etc.

Joauui Georgio, Marchioni Braudeburgensi, Electori.

I. Principi domino Joanni Georgio Marchioni Brandeburgensi, Sacri Rom. Imperii Archicamerario et Principi Electori

Stetinensi, Pomeraniae, Cassubarum, Henetorum et Crosnae in Silesia Duci, Principi Rugiae et Burgrabio Norimbergensi, affini nostro charissimo. Salutem et omnium bonorum felix incrementum.

I. Princeps domine, affinis noster charissime. Jucundissimum prorsus nobis auditu fuit, quum intellexissemus I. vestram, cum ipsa solennem feudorum Brandeburgensium investituram a Caes. Rom. Majestate petitura esset, admonuisse fraterne I. D. Albertum Fridericum, Marchionem Brandeburgensem et in Prussia ducem, Vasallum ac nepotem nostrum charissimum, ut Ill. quoque ejus jus simultaneum ejus investiturae, conjuncta cum I. vestra manu, ab eadem Caes. Majestate peteret. Qua quidem una in re abunde I. vestra declaravisse videtur tum praeclaram suam erga I. D. Prussiae Ducem benevolentiam, tum etiam erga nos, qui tam I. vestram quam I. ipsum dominum Prussiae Ducem amore singulari prosequimur, studium suum non vulgare. Itaque iterum atque iterum I. vestram scire volumus, accidisse id nobis ab illa prorsus gratissimum. Ceterum quoniam intelligimus esse nonnullos, qui I. D. Prussiae Duci in ejusmodi simultanea invenstitura et successionis jure non eum, quem I. ejus natura ipsa et agnationis ac propinquitatis linea tribuit, sed aliquanto inferiorem locum concedere, ipsique adeo I. vestrae idem persuadere velle videantur, contra naturalis ipsius aequitatis rationem, faciendum nobis esse existimavimus, ut, sicut aliis in rebus omnibus libenter honori et dignitati I. vestrae studemus, ita in ea quoque re, quae sit sententia nostra, I. vestrae per has litteras significaremus. Equidem cum in ratione simultaneae hujus investiturae, cujus hoc tempore I. vestra princeps est et primus citra omnem controversiam haeres ac successor, nihil I. vestrae interesse existimemus, quis secundum eam priore, quis posteriore loco censeatur, aequissimum et in omnes partes tutissimum, addimus etiam, et honorificentissimum illud inprimis I. vestrae fore, ut eo jure quemlibet conservari patiatur in ratione ejus istius successionis, quod jus illi et quem lo-

cum natura ipsa per agnationis et propinquitatis lineam assignavit. Quod quidem nos dum nobiscum perpendimus et dum summam animi I. vestrae aequitatem diligentius consideramus, etsi ea profecto spe sumus, non passuram I. vestram ad consilia contraria huic aequitati naturali a quocumque hominum se adduci, tamen praetermittere non potuimus, quin I. vestrae illud quoque significaremus, gratissimum prorsus nobis futurum esse, si I. D. Prussiae Dux, qui I. vestram summo quodam et praecipuo studio colere dicitur, intelligat, jus suum se etiam commendatione litterarum nostrarum apud I. vestram in ejusmodi investiturae ordine retinendo, contra adversarios suos, tenuisse. Quod nos sane I. vestrae omnibus nostris officiis reponere semper parati erimus. Bene valere I. vestram cupimus.

Dat. Varsaviae die 10 Aprilis A. D. 1571.

Cedula ad eundem Electorem.

Quandoquidem ex his litteris, quas ad nos per haec tempora dedit I. vestra, singularem ipsius erga nos benevolentiam perspicimus, noluimus celare I. vestram, afferri ad nos ex Germania rumores de occultis conatibus quorundam adversus Prussiae terras nostras: quorum omnium conatuum etsi proculdubio idem ille auctor est Theutonicus Magister, qui de Prussia invadenda nullum ponit cogitandi modum, tamen alii quoque deesse non dicuntur, qui se ad societatem consiliorum istorum applicare non inviti dicuntur. Rogamus I. vestram, ut de ejusmodi conatibus diligenter perquirat et, si quid compererit, nos quoque faciat certiores: ipsaque adeo pro suo erga nos optimo animo et erga terras Prussiae officio ita se comparet, ut conatus omnes ejusmodi quam facillime debilitari ac dissipari possint. Rem nobis I. vestra fecerit gratissimam et tum officio suo, tum factis quoque majorum suorum, qui in comprimendis ejusdemmodi conatibus vigilantissimi semper exstiterunt, consentaneam.

Dat. Varsaviae ut in litteris ipsis.

CCCXIX.

Sigismundus Augustus etc.

Georgio Friderico de Ausbach, Marchioni Brandeburgensi.

I. Princeps domine, consanguinee noster charissime. Non dubitamus I. vestram non latere de occultis et recentibus quorundam ex Germania, inprimisque adeo Magistri ipsius Theutonici conatibus adversus Prussiae terras nostras. Quibus quidem omnibus conatibus etsi satis strenue I. vestram pro suo officio erga terras illas et pro sua erga nos constantissima benevolentia obviam ire non ignoramus, atque eo nomine I. vestram maximopere amamus, tamen ne nos quoque ipsi in ejusmodi motibus negligentiores esse videamur, et ut currenti sua sponte I. vestrae calcar etiam addamus, magnopere ab I. vestra petimus, ut ne quid de solita sua cura et diligentia expiscandi ejusmodi perniciosa consilia et ad nos quamprimum deferendi remittat. Tum etiam, ut se ita adversus eos conatus comparet, ut quam facillime virtute ac dexteritate I. vestrae, si opus sit, comprimi possint. Quo magis nobis de prompto et expedito I. vestrae ad eam rem animo persuademus, hoc minus ad exhortandam illam verborum adhibemus. Rem quidem nobis I. vestra gratissimam fecerit, si in frangendis ejusmodi conatibus sui similis esse perrexerit. Bene valere I. vestram optamus.

Dat. Varsaviae die 10 Aprilis A.D. 1571. Regni nostri 42.

CCCXX.

Sigismundus Augustus etc.

Duci Prussiae [1]).

I. princeps D. nepos noster charissime. Cum proxime superioribus suis litteris ad diem decimam octavam Martii certiores nos fecisset I. vestra de occultis quibusdam machinationibus et consiliis nonnullorum ex Germania adversus terras istas, responderamus I. vestrae, ut ad nos penitius de re tota perscribi juberet, non nunc solum, sed etiam deinceps semper, quoties ejusmodi occasiones requirunt. Nunc antequam responsum nostrum ad I. vestram pervenisset, accepimus ab illa litteras vigesima octava Martii datas, in quibus idem illud, quod in prioribus litteris tantummodo adumbrarat, copiosius explicat, notatis et locis et personis et temporibus. Quod quidem nobis ab illa accidit prorsus gratissimum. Et sane aliunde quoque ad nos de ejusdemmodi consiliis eorum, qui terris istis non omnino bene cupere videntur, allatum est. Nam praeter eos, quos in suis litteris I. vestra nominat, quorum ipsorum conatus nobis quoque non sunt ignoti, ipse quoque Theutonicorum Magister moliri quiddam videtur, non tam suis opibus fretus quam quorundam aliorum. Quorum quidem omnium conatus etsi magnopere pertimescendi non sunt, tamen non sunt profecto contemnendi. Ac quod ad nos quidem attinet, nec defuimus hactenus officio nostro, nec deinceps defuturi sumus; jamque adeo ad Venerabilem Oratorem nostrum, qui est in aula Caes. Majestatis, et ad ipsam quoque Caes. Majestatem ea de re scribimus, fraterne postulantes, ut ejusmodi conatibus a Majestate illius, omni studio et diligentia adhibita, obviam eatur. Interea I. vestra, exemplo I. quondam patris

---

[1]) Albert Fryderyk.

sui, in omnes occasiones sit intenta, nec parcat sumptui ad exploranda et occultius investiganda ejusmodi consilia, tam per se, quam per amicos et consanguineos suos, quos habet plerosque in Germania. Inprimis autem det operam, ut, summissis idoneis hominibus, rationes et consilia ac instituta omnia Gustroviensis istius conventus perquirat. Ipsi enim profecto I. vestrae quam nobis facilius id factu fuerit, quandoquidem homines nostrae linguae non tam facile eo, quo opus est, penetrare possent inter homines linguae Germanicae, quam homines I. vestrae, qui sunt linguae ejusdem. Hoc autem quoque id erit I. vestrae facilius, quod ante conventum hunc Gustroviensem Saxoniae Elector ad aperienda et exsequenda testamenta Joannis primum, deinde Joachimi, Electoris, Marchionum Brandeburgensium profecturus esse dicitur, accepto in comitatum suum I. Marchione de Ansbach, propinquo I. vestrae, de cujus Marchionis tum erga I. vestram et terras istas Prussiae officio, tum etiam erga nos benevolentia, omnia optatissima ad nos adferuntur. Ita sane, ut cum eo commodissime agi posse ab I. vestra videatur, ut aut ipse quoque interesse velit ejusmodi conventui Gustroviensi aut saltem ad acta ejus omnia ita intendat, ut ne quid eum illorum, quaecumque ibi agentur aut proponentur, latere videatur. Quod si quam impressionem in illas terras a quoquam fieri senserit, expeditissimum esse nobis videtur, ut tunc temporis ille quoque eas copias, quas forte ad subsidium I. vestrae et terrarum istarum pro officio suo esset adducturus, totas adversus ditiones illius convertat, qui malum I. vestrae et terris istis inferre conaretur. Cetera, quae ad domesticam terrarum ipsarum defensionem attinent, si quis, quod absit, gravior casus ingruerit, nostro et I. vestrae consilio ac ope gubernabuntur. Id quod profecto et ipsi Marchioni de Ansbach et domino quoque Electori Joanni Georgio Brandeburgensi cuperemus ab I. vestra sine mora significari. Et quicquid deinceps de ejusmodi rebus explorati habuerit, ad nos semper copiosissime perscribi jubeat I. vestra. Non deerimus nec studio, nec officio, nec consilio, nec auxilio nostro et nostro-

rum tam I. vestrae quam terris istis. Quod scribit I. vestra cupere se, ut invenstitura feudorum Electoratus Brandeburgensis simultanea sibi quoque a Majestate Caes. secundum cognationis ac propinquitatis lineam concedatur et ut ad ejusmodi solennem actum ipsa quoque I. vestra litteris Majestatis Caes. advocetur, et scripsimus quidem jam Venerabili Oratori nostro, uti tunc I. vestram velle ac cupere intelligebamus, et cras etiam per postam scribemus ad eum modum, uti nunc I. vestram velle ac cupere intelligimus. Interea I. vestra bene valeat.

Dat. Varsaviae die 10 Aprilis A. D. 1571. Regni nostri 42.

CCCXXI.

Franciscus Krasinski, Viccancellarius Regni.

Duci Prussiae.

I. princeps et D. D. colendissime. Obsequiorum meorum commendationem. Ex litteris I. Cels. vestrae, quibus ad me scribit de arrestatis a Judaeis civibus quibusdam Soldaviensibus, subditis suis, illud intelligere non potui, quod mihi summopere necessarium esse videbatur, quinam videlicet sint hi Iudaei, et ubi domicilium habeant, quorum nomine subditi I. Cels. vestrae pignerati et arrestati sint. Deinde a quonam Magistratu et quo in loco sint arrestati. Itaque etsi illud constat, arrestari secundum pacta eos non potuisse, tamen nisi duo illa, quae dixi, mihi explicentur, non video, qua ratione per me arrestationi factae medicina ulla afferri posse videatur. Ubi de his rebus certior factus fuero, nullam moram in conscribendis necessariis litteris interponam, pro meo erga I. Cels. vestram studio singulari. Interim litteras salvi conductus Judaeis ab I. vestra missas asservari hic jubebo, dum me per suorum aliquem de rebus illis faciat I. Cels. vestra certiorem. Exemplum litterarum domini Electoris Saxoniae mitto I. Cels. vestrae.

Res enim universa ad eam pertinet. Consilium in his rebus Sacra Regia Majestas non ante dare ullum potuit I. Cels. vestrae, quam intelligat, quonam modo se ea res habeat, praecipue de Doctore Eberhardo Roggio, quem dominus Saxoniae Elector deposcere videtur, ut in ipsius judicio secundum promissum suum sese sistat. Quemadmodum ex ipsis Electoris litteris I. Cels. vestra cognoscet.

Commissio ad Masoviticos fines regundos, ex decreto comitiorum proximorum petenda erit. Interim privatae injuriae judicari poterunt per commissarios, quorum nomina et si quid praeterea ad uberiorem earum rerum informationem pertinebit. Quod quidem ut primum accepero, sine mora commissiones conscribi et obsignari jubebo.

Commendo obsequia mea I. Cels. vestrae, quam diu esse incolumem percupio.

Dat. Varsaviae die 10 Aprilis 1571.

CCCXXII.

Sigismundus Augustus etc.

Palatino Cracovieusi.

Magnifice s. n. d. Iż W. M. sam dobrze wiesz, że Doktora Latercyana, Sekretarza naszego, w posługach naszych często używamy, a mianowicie i teraz poruczyliśmy mu niektóre pilne sprawy nasze, przeto też omyśliwać to musimy, jakoby w rzeczach swych własnych znał łaskę naszą. A tak żądamy W. M., jeśliby tam w czem albo sam albo syn jego W. M. kiedy potrzebował, żebyś mu W. M. należen i pomocen był, tak z urzędu swego, jako i z osobnej chęci swej. Co wszystko my od W. M. wdzięcznie przyjmować będziemy.

Dat. Varsaviae die 10 Aprilis A. D. 1571.

---

[1]) Stanisław Barzi.

CCCXXIII.

Franciscus Krasinski, Viceancellarius Regni.

Clodinio.

R. D. amice charissime. Iż przedtem być nie mogło, posyłam W. M., jako najrychlej być mogło, list Króla J. M. na te tysiąc dukatów, o któreś mnie był W. M. prosił. Nie wątpię, iż to W. M. odemnie tak wdzięcznie przyjmiesz, jako się godzi, żebym potem miał większą chęć i w takowych i w większych rzeczach pomagać W. M. u J. K. M. Uprosilem też przytem Franciszkowi Krupce sto dukatów, które mu też W. M. dasz wedla rozkazania na tymże liście J. K. M. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae die 10 Aprilis A. D. 1571.

CCCXXIV.

Idem.

Francisco Crupka.

Panie Franciszku miły. Uprosiwszy po temu czas, uprosiłem wam u Króla J. M. sto dukatów extraordinarie, tak jakoście mię prosili, które tam od X. Kłodzińskiego weźmiecie. Co nie wątpię, iż wam odemnie wdzięczno będzie. A z tem wam życzę wszystkiego dobrego.

Dat. Varsaviae die 10 Aprilis A. D. 1571.

CCCXXV.

Sigismundus Augustus etc.

Clodiuio.

Venerabili Stanislao Clodinio, Cantori Cracoviensi, Secretario nostro et Agenti Neapoli, devote nobis dilecto. Gratiam nostram regiam.

Venerabilis d. n. d. Assignavimus Generoso Prospero Nauclerio, Aulico nostro, et equorum nostrorum Praefecto, florenos nostrates sexcentos, per grossos triginta computatos, a D. tua percipiendos, quos illi nomine stipendii pro obsequiis ipsius debebamus. Quamobrem D. tua, visis his litteris nostris, det illi vel plenipotenti ejus aestimationem dictorum florenorum sexcentorum nostratium, in ducatis communibus in regno Neapolitano currentibus. Quae quidem aestimatio, secundum rationes Thesaurariorum nostrorum, facit ducatos communes de carlinis Neapolitanos, per grossos nostros triginta quinque cum medio computatos, quingentos septem et grossum unum cum medio nostratem. Quam summam nos, ut rite expensam, a D. tua in rationibus, visa quietatione Nauclerii vel plenipotentis ipsius, suscepturi sumus.

Dat. Varsaviae die 18 Aprilis A. D. 1571. Regni nostri 42.

CCCXXVI.

Sigismundus Augustus etc.

Caesareae Rom. Majestati [1]).

I. et E. Principi, domino Maximiliano secundo etc. Salutem et omnis felicitatis continuum incrementum.

---

[1]) Maxymilian II.

S. et E. Princeps et D. consanguinee et frater major charissime et honorandissime. Intelleximus comparatas esse copias militares, quae auspicio M. vestrae in Transylvaniam deducantur, propter retinendam tranquillitatem terrarum illarum, morte S. illius principis nepotis nostri nonnihil conturbatarum. Quod nos quidem felix, faustum, fortunatumque, tum M. vestrae, tum terris illis esse magnopere optamus. Quoniam autem paulo ante misimus illuc nostro nomine, qui populos illos morte principis sui repentina consternatos, pro communi partim vicinitatis, partim etiam ejus necessitudinis, quae nobis cum defuncto principe arctissima intercedebat, officio recreent ac consolentur, quique res mobiles, morte ipsius et S. matris ipsius sororis nostrae ad nos devolutas, repetant, etiam atque etiam petimus a Majestate vestra, ut praefectis earum copiarum diligenter mandet, ne quid Agentibus, Nuntiis, Oratoribusve nostris ultro citroque interea commeantibus difficultatis afferatur aut afferri permittatur, quin potius ut eis transitus commorationesque liberae praestentur cum comitatu rebusque illis omnibus mobilibus per omnia loca ditionis Majestatis vestrae, etiam ea, in quibus forte castra metati fuerint. Quod cum justitiae inprimis sit consentaneum, tum nihil est, quod nos a Majestate vestra facilius posse impetrare confidamus. Omnino officium id Majestatis vestrae futurum est nobis gratissimum. Bene valere Majestatem vestram optamus, ejusque nos amori fraterno magnopere commendamus.

Dat. Varsaviae die 18 Aprilis A. D. 1571. Regni nostri 42.

CCCXXVII.

Sigismundus Augustus etc.

Caesareae Rom. Majestati.

S. et E. principi &c.

S. et E. princeps et D. consanguinee et frater major cha-

rissime et honorandissime. Mittimus Maj. vestrae per Generosum Prosperum Nauclerium, Aulicum et equorum nostrorum Praefectum equos gradarios octo et currules totidem alios exiguum indicium maximi amoris et benevolentiae nostrae erga Majestatem vestram. Rogamus autem magnopere Majestatem vestram, ut iis equis ita utatur, ut assiduam apud se optimi nostri et vere fraterni animi memoriam continuo vigere patiatur, et si quid in rebus nostris esse intelligit, quod usibus suis servire posse videatur, id omne sibi fore persuadeat ad usos suos semper promptum atque expeditum. Bene valere Majestatem vestram optamus, eique fraternum amorem nostrum unice commendamus.

Dat. Varsaviae die 19 Aprilis A. D. 1571.

CCCXXVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Duci Prussiae.

I. princeps domine, nepos noster charissime. Probatur nobis consilium I. vestrae, quod ad petendam simultaneam investituram feudorum Brandeburgensium a Caes. Majestate plenipotentem suum miserit, eum praesertim, de cujus nos quoque fide et industria optime persuasi sumus. Ne quid autem I. vestrae deese videatur, quod ex nobis ad facilius eam investituram apud Caes. Majestatem impetrandam proficisci possit, etsi bis jam ad Venerabilem Oratorem nostrum ea de re diligentissime scripsimus, eique praecepimus, curet, omnia diligentia adhibita, ut I. vestra et litteris Caes. Majestatis ad eum actum accersatur et in ratione simultaneae ejus investiturae locum eum, quem illi natura ipsa assignavit, retineri beneficio ejusdem Majestatis permittatur, tamen nunc quoque eadem de re Majestati ipsi Caesareae scripturi sumus, quemadmodum petit I. vestra, litterasque ipsas per primam postam no-

stram in manus Oratoris nostri mittemus, sic, ut ante adventum plenipotentis I. vestrae Majestati ejus reddi possint. Quarum litterarum exemplum ipsi quoque I. vestrae mittimus. Bene valeat I. vestra.

Dat. Varsaviae die 19 Aprilis A. D. 1571.

CCCXXIX.

Sigismundus Augustus etc.

Imperatori Romanorum.

S. et E. principi &c.

S. etc. Intelleximus I. D. Albertum Fridericum in Prussia Ducem, nepotem nostrum charissimum benignissime ab I. Principe D. Joanne Georgio, Marchione et Electore Brandeburgensi per litteras invitari, ut I. ipsius ad petendam secum simultaneam investituram feudorum Brandeburgensium, cui rei dies septima mensis Maji sit sibi a Majestate vestra Pragae assignata, legatos ac plenipotentes suos mitteret. Quamobrem auctores ei fuimus, ut ne eam occasionem praetermitteret consulendi rebus suis et experiendi de gratia et benignitate Majestatis vestrae erga aequissimam causam suam, de qua quidem gratia Majestatis vestrae magnam illi spem per litteras nostras ostendimus. Itaque non dubitamus I. ejus plenipotentem suum istuc missuram esse ad petendam apud Majestatem vestram simultaneam feudorum istorum Brandeburgensium investituram. Etsi autem eadem de re Majestatem vestram per Venerabilem Oratorem nostrum certiorem nuper fieri voluimus, tamen, ut Majestas vestra intelligat, eam rem singulari nobis curae esse, nunc quoque per ipsas litteras nostras negotium hoc totum Majestati vestrae commendandum esse existimavimus. A qua sane magnopere etiam atque etiam petimus, ut Majestas vestra principem hunc nostrum non solum clientem et beneficiarium, sed etiam arcta admodum no-

bis sanguinis necessitudine conjunctum et de quo singularis quaedam exspectatio est Marchionicae virtutis, primum ad simultaneam hanc investituram Marchionicam ex beneficio suo admittat, deinde, ut in ordine ipsius investiturae eum locum retinere ipsum Majestas vestra patiatur, quem I. ejus natura ipsa et agnationis ac propinquitatis gradus, quo domum Marchionicam attingit, assignavit. Quibus quidem de rebus omnibus, et quam gratum id nobis a Majestate vestra sit futurum, commisimus plenius Venerabili Oratori nostro Majestatem vestram verbis nostris facere certiorem. Cui ut Majestas vestra aures benignas et verbis ipsius fidem in his habeat, etiam atque etiam a Majestate vestra petimus. Quam optime valere cupimus, cuique amorem nostrum vere fraternum ex animo commendamus.

Dat. Varsaviae die 20 Aprilis A. D. 1571. Regni 42.

CCCXXX.

Sigismundus Augustus etc.

Stanislao Clodzinski.

Venerabili Stanislao Clodzinski, Cantori Cracoviensi, Secretario nostro et Agenti Neapoli. Gratiam nostram regiam.

Venerabilis d. n. d. Ad stipendium centum ducatorum communium Neapolitanorum, quod hucusque Generosus Prosperus Nauclerius, Aulicus et equorum nostrorum Praefectus a nobis annis singulis habuit assignatum, addidimus ipsi hoc tempore, pro obsequiis ipsius erga nos, ducatos alios communes Neapolitanos centum, ita, ut universa summa ipsius stipendii sit ducatorum communium Neapolitanorum ducentorum. Itaque mandamus D. tuae, ut deinceps futuris temporibus det ac numeret illi vel plenipotenti ipsius, pro quolibet festo Nativitatis Domini, incipiendo a proxime futuro in anno praesenti, ducatos annuos ducentos, communiter in regno Nea-

politano currentes, idque ad extrema usque vitae ipsius tempora, sine ulla difficultate. Nos autem id in rationibus D. tuae, visa quietatione ipsius Prosperi, sumus susceptori. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 20 Aprilis A. D. 1571. Regni nostri 42.

CCCXXXI.

Sigismundus Augustus,

Dei gratia Rex Poloniae etc.

Significamus, quorum interest, universis. Quod cum Generosus Prosperus Nauclerius, Neapolitanus, Aulicus et equorum nostrorum Praefectus, ita per totos tredecim annos in obsequiis nostris in aula nostra versatus sit, ut et nostram gratiam et Senatorum ac reliquorum hominum benevolentiam sibi magnopere conciliarit, faciendum nobis esse existimavimus, ut discedenti illi hoc tempore ex aula nostra ad negotia sua domestica procuranda, stipendium ipsius centum ducatorum communium Neapolitanorum, quod hactenus a nobis habuit in annos singulos assignatum, ipsi ex gratia nostra augeremus. Quod quidem his litteris facimus, atque ipsi nomine annui stipendii ad dictos ducatos centum addimus alios centum, ita, ut deinceps in universum habeat ducatos de Carlinis in regno Neapolitano currentes ducentos: quos percipiat a Venerabili Stanislao Clodzinski, Cantore Cracoviensi et Secretario atque Agente nostro Neapoli, et aliis deinceps Agentibus nostris, ex reditibus nostris Doanae Foggiae in regno Neapolitano, pro quolibet festo Nativitatis Domini, incipiendo ab anno praesenti ad extrema usque vitae suae tempora. Ita tamen, ut, quoties a nobis requisitus fuerit, operam suam nobis praestare teneatur. Quamobrem dicto Venerabili Stanislao Clodzinski, Cantori Cracoviensi et Secretario atque Agenti nostro Neapoli et aliis ibidem pro tempore exsistentibus Agentibus nostris Nea-

poli mandamus, omnino habere volentes, ut ejusmodi summam ducentorum ducatorum communium in regno Neapolitano praefato Generoso Prospero Nauclerio vel plenipotenti ipsius numerent ac numerari faciant tempore assignato, nec ullam ei difficultatem in eo interponant. Nos autem id totum, visa quietatione, in rationibus suscepturi et Prosperum ipsum omni nostra gratia complexuri sumus.

Dat. Varsaviae die 23 Aprilis A. D. 1571.

CCCXXXII.

Sigismundus Augustus etc.

Lucae Podoscio.

Venerabilis d. n. d. Posyłamy tam Cesarzowi J. M. ośm inochodników przez Prospera, Kawalkatora naszego, których sierść każdego z osobna z karty w tym liście zamknionej wyrozumiecie. Przez tegoż posyłamy i woźników dziewięć rysiowatych, chociaż o ośmi tylko J. C. M. piszemy, bo jednak tego dziewiątego na zamiar posyłamy, dla jakiej przygody. A tak wy, jeśliby przygoda na którego z tych dziewięciu przyszła, ośmi woźników oddać każecie i ośmi opowiecie. Jeśliby wszystkie dziewięć zdrowo i cało doszły, tedy wszystkie dziewięć oddacie J. C. M., albo jako się wam tam najlepiej zdać będzie. Tego jedno dojrzycie, aby bez wiadomości waszej tych koni nie oddawano. W czemeśmy też i my tu Prospera upomnieć kazali.

Dat. Varsaviae die 23 Aprilis A. D. 1571.

Inochodniki, które się J. C. M. posłały: cisawy słojesz Krasicki, cisawy Lwowski, siwa dropiaty Podolski, brudnosiwy Zaleski, brudnosiwy Podlodowski, wrony Sanocki, siwy Koniuszy, siwo dropiaty Krzeczowski.

CCCXXXIII.

Sigismundus Augustus etc.

Stanislao Clodzinski.

Venerabilis d. n. d. Scypionowi Bigotto, który tu nam służył przy Prosperze Nauklerym, Kawalkatorze naszym, dajcie tam ducatos communes in regno Neapolitano sexaginta, pro una vice. A my to na liczbie naszej przyjąć rozkażemy. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 23 Aprilis A. D. 1571.

CCCXXXIV.

Franciscus Krasinski, Viceancellarius Regni.

Duci Prussiae [1]).

I. Princeps et D. D. colendissime. Obsequiorum meorum commendationem. Non magnopere habui hoc tempore, quod ad I. Cels. vestram scriberem, praesertim cum nullas ab ipsa accepissem litteras. Pro meo tamen erga I. Cels. vestram studio facere non potui, quin S. R. Majestatis litteris ad I. Cels. vestram hoc tempore perscriptis, meas quoque adjungerem. Equidem mirari quodammodo incipio, Cancellariam I. Cels. vestrae ab usitata consuetudine discedere, et viam illam temporibus I. olim parentis I. Cels. vestrae tritissimam relinquere, procurandi negotia I. Cels. vestrae usitatis itineribus per Cancellariam regni, sed alia potius quaedam diverticula nova quaerere, aliena non solum a receptis moribus, sed etiam ab ipsa

---

[1]) Albert Fryderyk.

negotiorum ratione, quae negotia aliter nisi in Cancellaria expediri recte posse non videntur. In quo quidem magis I. Cels. vestrae quam meam ipsius causam agi video. Mihi enim abunde est quod agam, etiamsi ad negotia I. Cels. vestrae non adhibear. Ipsius autem I. Cels. vestrae interest, non implicari tot anfractibus supervacaneis negotia ipsius, quae usitatis itineribus et rectius et citius videntur posse expediri. Bene valere I. Cels. vestram cupio, eique studium meum, ut soleo, animo promptissimo defero.

Dat. Varsaviae die 21 Aprilis A. D. 1571.

CCCXXXV.

Litterae passus pro Scipione Bigotto.

Sigismundus Augustus etc.

Universis et singulis, quorum interest, significamus. Quod proficiscitur hinc in regnum Neapolitanum nobilis Scipio Bigottus, Neapolitanus, praesentium exhibitor, qui in aula nostra per aliquot annos honeste et laudabiliter versatus est. Eum itaque Dominationibus vestris commendamus, postulantes, subditis vero nostris mandantes, ut illum benigne excipiant et securum illi transitum ad locum destinatum praestent, atque in omnibus rebus licitis et honestis suam illi benevolentiam exhibeant, neque quicquam ab eo pestilentis aëris metuant, haec enim loca, ex quibus hic proficiscitur, libera a contagione per Dei gratiam exsistunt. Quod nos officium Dominationibus vestris omni nostra benevolentia sumus relaturi. Subditi vero nostri pro gratia nostra secus ne fecerint.

Dat. Varsaviae die 23 Aprilis A. D. 1571.

CCCXXXVI.

Sigismundus Augustus etc.

Hieronimo Rużenski, Thesaurario Regni.

Magnifice s. n. d. Przy prowizyi Księdza Podoskiego, którą mu W. M. na każdy miesiąc posyłasz z rozkazania naszego, każ W. M. posłać na zamiar talarów sześćdziesiąt pro una vice, bo to on ma dać z rozkazania naszego do kancellaryi Cesarza J. M. A my to na liczbie W. M. przyjmiemy.

Dat. Varsaviae die 23 Aprilis A. D. 1571.

CCCXXXVII.

Sigismundus Augustus etc.

Lucae Podoski.

Venerabilis d. n. d. Ślemy sorok soboli do ręku waszych przez Prospera, Kawalkatora naszego, który sorok oddajcie Doktorowi Beberowi imieniem naszem, aby spraw naszych, które się tam przytrafiają w kancellaryi J. C. M., tem pilniejszy napotem był. Ma też tam posłać przy prowizyi waszej Pan Podskarbi Koronny talarów sześćdziesiąt, które gdy wam oddane będą, dajcie od nas kancellaryi tejże między pisarze za ich prace w rzeczach naszych.

Dat. Varsaviae die 23 Aprilis A. D. 1571.

CCCXXXVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Lazaro Suendio [1]).

Magnifice s. n. d. Commisimus Venerabili Lucae Podoski, Praeposito Gnesnensi, Canonico Cracoviensi et nostro Secretario atque apud Caesaream Majestatem Oratori, nonnulla cum Sinceritate vestra nomine nostro agere. Quamobrem gratissimum nobis Sinceritas vestra fecerit, si, posteaquam verbis ejus fidem habuerit, studium suum ad ea adjunxerit, quae ipse nomine nostro Sinceritati vestrae copiosius explicabit.

Dat. Varsaviae die 24 Aprilis A. D. 1571.

CCCXXXIX.

Sigismundus Augustus etc.

Lucae Podoski.

Venerabilis d. n. d. Mamy tę sprawę, iż temi czasy posyła Cesarz J. M. ludzi swoje do Siedmiogrodzkiej ziemie po śmierci Królewicza J. M. A tak my, obawiając się, aby stąd przejazdy nie zatrudniały się posłańcom albo i posłom naszym, podtenczas zwłaszcza, gdyśmy my też tam pro officio nostro posłali nawiedzać Radę onej ziemie, a upominać res mobiles, które na nas tak po Królewiczu J. M., jako i po matce jego siostrze naszej Królowej nieboszczki Węgierskiej przypadły, piszemy do Cesarza J. M., żądając, aby Hetmanom swym rozkazał wolne przejazdy zawzdy dawać posłańcom i posłom na-

---

[1]) Lazarus Suendius, jeden z najznakomitszych dowódców wojsk Cesarza Maxymiliana, odznaczał się najwięcej w czasie wojny w Węgrzech 1565 — 1567 r., w której miał naczelne dowództwo wojsk cesarskich.

szym, ileby się kroć trafiło przez państwa, albo więc i przez wojsko J. C. M., tak jako to z kopii listu do J. C. M. wyrozumiecie. O co wy też pilnie się imieniem naszem u J. C. M. starajcie, omyślawając ze wszech stron, jakoby się nam w tem spadku po Królewiczu i po Królowej Węgierskiej, siostrze i siostrzeńcu naszym, nie działo to, co się nam stało w Królestwie Neapolskiem po Królowej J. M. matce naszej, po której spadku przyrodzonego dochodząc, już to czternasty rok i pracę i koszt wielki podejmować nie przestajemy. Posyłamy wam też do rąk list nasz do Swendego wierzący, który oddawszy, mówcie mu i żądajcie imieniem naszem, aby posłańcom naszym trudności żadnej czynić nie dopuścił, i owszem, aby im i tam i sam wedla potrzeby jeździć dopuścił. A nadewszystko dawajcie nam znać co najczęściej dostatecznie o wszystkiem, co tam około Siedmigrodzkiej ziemie albo się dziać albo słychać będzie, co jedno wiedzieć możecie. Czego wszystkiego czynić nie zapominajcie, jakoż do tych czasów na pilności waszej i na pamięci nic nam nie schodzi.

Negotium Xiążęcia J. M. Pruskiego około simultaneam investituram iterum atque iterum wam zlecamy. O czem też i sami teraz Cesarzowi J. M. piszemy eo exemplo, jako wam kopię posyłamy. Śle tam Xiążę J. M. Posła swego Doktora Jonasa ad diem septimam Maji, dla tej rzeczy, któremu wy tam wszystkiego około tej inwestytury życzliwie imieniem naszem pomagajcie, jako najwięcej możecie. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 24 Aprilis A. D. 1571.

CCCXL.

Sigismundus Augustus etc.

Petro Wolski.

Generose f. d. Miewamy często listy od was, w czem nam dosyć pilności swej pokazujecie. Lecz iż wszystkie listy bez

mała jednąż piosnkę śpiewają: *exspecta*, *reexspecta*, tego acz nie wam, ale czasom i obyczajom tamtym przyczytamy, wszakoż jednak bez dziwowania wielkiego a bez molestyej przyjmować nie możemy. Wy zwykłej pilności swej tak w pisaniu do nas, jako jeszcze więcej i w popieraniu tam rzeczy naszych nie zaniechywajcie. A już nakoniec jeśli co inszego być nie może, saltem o to się starajcie, jakobyśmy tandem przynajmniej to wiedzieć mogli, czego się spodziewać albo co sobie dalej o tej rzeczy obiecować mamy. To jest, żeby się saltem resolwowano in hanc vel in illam partem. Jeśliby około czego w onym liście naszym, na który odpisu czekamy, dubitowano, tedy wy ofiarujcie się wszystko wedla potrzeby deklarować, a albo zarazem deklarujcie, jeśli wiecie, albo do nas bez omieszkania piszcie. Aczciby już i z tem, jeśli jakiej deklaracyi potrzebują, dawno się odkryć miano, bo już to rok minął, jako się ten list posłał.

Piszemy teraz do pana Dietrichsteina, wdzięcznie od niego przyjmując chęć jego w rzeczach naszych, którego listu kopię wam posyłamy. Oddajcież ten list, opowiedziawszy słowy tęż wdzięczność naszą.

Dat. Varsaviae die 24 Aprilis A. D. 1571.

CCCXLI.

Sigismundus Augustus etc.

Adamo Dietrichstein, Caes. Oratori in Hispania.

Magnifice s. n. charissime. Permulti nobis nuntiare solent de singulari S. vestrae erga nos studio et benevolentia. Inter ceteros autem, vel potius prae ceteris Generosus Petrus Dunin Wolski, Internuntius noster nunquam desistit ea officia S. vestrae praedicare, quae nobis S. vestra in negotio nostro Barensi, quod nos quattuordecimum annum jam exercet, praesta-

re solet. Etsi autem deliberatum jampridem habebamus, rebus potius ipsis quam verbis aut litteris gratum nostrum animum S. vestrae declarare, si occasio ejus rei aliquanto exstitisset, tamen, dum abest S. vestra, nec gratia et benevolentia nostra regia ex proximiore loco interim uti potest, significandum esse his litteris nostris S. vestrae existimavimus, omnia ipsius studia et officia gratissima nobis prorsus et jucundissima accidere, quae ab illa adversum nos solent proficisci. Quod ita esse, re ipsa S. vestra semper poterit experiri.

Dat. Varsaviae die 24 Aprilis A. D. 1571.

CCCXLII.

Sigismundus Augustus etc.

Castaldo [1]).

Magnifice s. n. d. Pergratum est nobis studium S. tuae, quod ex aliquot epistolis ipsius ex Hispaniis scriptis intellexi-mus. Non dubitamus, quin et istic S. tua bonam operam nobis navaverit et deinceps per omnem occasionem sui similis sit futura.

Dat. Varsaviae die 24 Aprilis A. D. 1571.

CCCXLIII.

Sigismundus Augustus etc.

Petro Wolski.

Generose f. d. Przesłuchaliśmy tych listów wszystkich, które nam po te czasy osobno piszecie. Znamy z nich pilność

---

[1]) Jan Alfons Castaldo.

waszą, w której nie ustajcie, a przedsię o wszystkich rzeczach dostatecznie tąż drogą, jakoście poczęli, znać nam dawajcie.

Dat. Varsaviae die 24 Aprilis A. D. 1571.

CCCXLIV.

Sigismundus Augustus etc.

Prospero Provanae.

Generose f. d. Mamy tę sprawę, iż po nieboszczyku bracie waszym Trajanie zostało nie mało skryptur, należących do spraw nieboszczki matki naszej, której on przez pewny czas Sekretarzem był. A tak, iż nam na tych skrypturach, abyśmy je widzieli, nie mało należy, radzibyśmy temu, żebyście je tu bez mieszkania posłali do nas. A my przejrzeć rozkazawszy, coby nam potrzebnego nie było, w calc zasię do was odeślemy. Factura pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 24 Aprilis A. D. 1571.

CCCLXV.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater s. n. d. Non habemus magnopere, quod P. vestrae scribamus. Etsi enim litteras illius accipimus, in quo diligentiam ipsius probamus, tamen exspectatio responsi Hispanici ad ea, quae superiore anno scripsimus, omnes rationes nostras suspensas facit. Scribit Volscius sperare se propediem illud habiturum. Ubi habuerimus, tum et de negotio ipso principali, et de rebus reliquis copiose P. vestrae sententiam nostram aperiemus. Nunc autem, antequam responsum istud ac-

cepimus, quid in tanta Neapolitanorum testium varietate atque inconstantia, de qua P. vestram toties queri non miramur, faciamus, plane nec ipsi scire, nec P. vestrae praescribere possumus. Si quid nobis postea in mentem venerit, postea P. vestrae perscribemus. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae die 24 Aprilis A. D. 1571.

CCCXLVI.

Sigismundus Augustus etc.

Clodinio.

Venerabilis d. n. d. Rozkazujemy wam, abyście posłali do Rzymu natychmiast skutów dwieście, in manus commissarii inquisitionis Generalis, albo in manus equitis Ugolini Gualterneji, Secretarii S. D. nostri, którzy to mają obrócić na proces przeciw Papagodzie in officio inqùisitionis, aby się propter defectum impensarum omieszkanie sprawiedliwości nie działo. Quod nos in rationibus suscipiemus.

Dat. Varsaviae die 24 Aprilis A. D. 1571. Regni nostri 42.

CCCXLVII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius Regni.

Lucae Podoski.

R. D. amice et frater charissime et honorande. Około tego varietatem pisania W. M. po te czasy in negotio Transylvanico, stała się dostateczna omowa przed Królem J. M. z strony W. M., acz to przedtem wiedział skąd inąd J. K. M., i z po-

dziwieniem to przyjmował, gdyż to nigdy nie była mens Majestatis ejus, aby jeden poseł miał drugiego arcere od spraw J. K. M., i nigdzie się to indzie nie zachowywa, tak jakom też przedtem pisał W. M. i J. X. Biskupowi samemu. O liście pod sygnetem Cesarza J. M. ja do tych czasów nic nie wiem, jedno to, co mi W. M. piszesz. Jeśli go wzięto, tedy albo go przez inną jaką drogę posłano, albo go jeszcze przy sobie mają a sami go chcą, przyjechawszy, Królowi J. M. oddać, bo się tu obiecują być in Junio. Gratulationem matrimonii Archiduci Carolo odpraw W. M. jako najlepiej cum dignitate Regiae Majestatis. Upominki dawać in similibus, nos ejusmodi consuetudinem non habemus. A też podobno, posyłając temi czasy Cesarzowi J. M. siedemnaście koni, dziewięć woźników a ośm inochodników, jako W. M. z listu J. K. M., który W. M. przy koniach oddan będzie, z któremi dziś wyjeżdżają, wyrozumiesz; item posyłając przy tychże koniach sorok soboli Doktorowi Beberowi, item taleros sexaginta do kancellaryi, które pan Podskarbi Koronny [1]) ma W. M. przy drugiej prowizyi posłać: uprzykrzyłyby się nam tak częste upominki.

O ożenieniu rumores vani, którym wierzyć nie potrzeba.

Posyłamy W. M. listy dwa do Cesarza J. M. Jeden in majori forma de negotio Transylvanico, drugi in minore de negotio Ducis Prussiae, i kopie obudwu listów. Z tem tak się sprawuj W. M., jako z listu J. K. M. do siebie pisanego wyrozumiesz. Jest też i list do Swendego wierzący na W. M., który ma na wierzchu napisano tylko to: „Magnifico". A tak W. M. napisawszy do końca tytuł Swendego a na ostatku zawiązawszy, sincere nobis dilecto", oddaj mu go W. M. i mów z nim o wolne przejazdy posłańcom J. K. M. do Siedmigrodzkiej ziemie. Cetera ut in litteris Regiae Majestatis. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae die 24 Aprilis A. D. 1571.

---

[1]) Hieronim Bużeński.

CCCXLVIII.

Idem.

Episcopo Posnaniensi [1]).

R. in Christo pater et D. D. amice observandissime. Officiorum meorum commendationem. O odjechaniu W. M. do Cieplic na ten czas dałem sprawę J.K.M., tak jakoś mi W.M. pisał, co J. K. M. z łaską przyjąć raczył.

Z panem Rokossowskim [2]), który tu był niedawnemi czasy, mówiłem ustnie w rzeczy W. M., i obiecał wszystko uczynić, mimo inne wszystkie. Jedno W. M. miej mało pacyencyę.

Innych też rzeczy W. M. i powinowatych W. M. nie zapomnię, gdy się okazya do czego poda.

Interim życzę, aby te cieplice były ku dobremu zdrowiu W. M. Cujus benevolentiae me etiam atque etiam commendo.

Dat. Varsaviae die 24 Aprilis A. D. 1571.

CCCXLIX.

Idem.

Ticinio.

R. D. amice charissime. Miewam od W. M. listy częste. Ja iż tak często nie piszę, dziwować się nie trzeba, bo częścią nie masz co, częścią człowiek jest inszemi trudnościami zabawiony.

---

[1]) Adam Konarski.

[2]) Jakób Rokossowski.

Będziecie tam wrychle mieć te, które będziecie módz examinować adversus Barrabam, in articulis religionis. Rozumiem, iż wysłuchawszy ich, nie będzie się wam chciało wypuścić z klatki tam insignem blasphemum.

Xiądz Borukowski czeka od W. M. exstinctionem pensionis, bo już tu położył aureos Hungaricos ducentos, jakom W. M. dał znać.

Cleri nostri negotium zalecam pilnie W. M. Bene vale.

Dat. Varsaviae die 24 Aprilis A. D. 1571.

CCCL.

Idem.

Stanislao Clodzinski.

R. D. amice charissime. Tak rozumiemy, iż o tego Krupkę [1]) już koniec będzie, gdyż mu J. K. M. i na drogę pieniędzy dać rozkazał, tak jako się przedtem W. M. pisało. Ja non verbis solum, sed etiam re ipsa amorem et benevolentiam meam pokazować rad będę, jakoż i pokazuję, jedno tego W. M. bądź wdzięczen, a gdy się co pisze, przyjmuj wszystko jako ab amico. Postępki W. M. kommenduję Królowi J. M. diligenter. Jakoż okrom tych świadków, których postępki niestateczne nie wiem komuby się podobać miały, a okrom pieniędzy, których się Vicerejowi dać nie chce, inne rzeczy tam w Neapolim idą nie najgorzej z łaski Bożej. Ostatek z listów Króla J. M. wyrozumiesz W. M. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae die 24 Aprilis A. D. 1571.

---

[1]) Franciszek Krupka.

CCCLI.

Idem.

Petro Wolski.

Generose domine, amice charissime. To, co się pisze W. M. w liście Króla J. M., powtarzać mi nie trzeba, a okrom tego nie bardzo też mam co pisać do W. M. Ta zwłoka responsu na list J. K. M., już nam jakoś poczyna się przykrzyć nie pomału. Jednak, iż na pilności W. M. nic nie schodzi, to jest co W. M. cieszyć może. Panie Boże daj kiedy koniec temu: *exspecta*, *reexspectu*, aby i myśmy mogli wytchnąć z tego pisania niepotrzebnego, i W. M. abyś tandem mógł reverti in patriam a w czem inszem służyć Królowi J. M. i Rzeczypospolitej. Bene valere D. vestram cupio.

Dat. Varsaviae die 24 Aprilis A. D. 1571.

CCCLII.

Sigismundus Augustus etc.

Clodinio.

Venerabilis d. n. d. Tak w sprawowaniu rzeczy naszych, jako i w pisaniu do nas, dosyć znamy pilności i wiary waszej. Już tam jedno do końca wszystko na pieczy swej miejcie, tak około informacyi de expilata haereditate, o której jako z pisania Xiędza Wolskiego rozumiemy, już tam Vicerejowi rozkazano z Hiszpanii, jako o te cztery tysiące obiecane i o insze rzeczy.

A tylkoż na listy wasze usque ad 23 Februarii. Na insze, które nam za wzorem oddano de data 9 et 16 Martii, potem wam szerzej napiszemy wolę i widzenie wasze. Piszemy do

was innym listem, abyście dwieście skutów do Rzymu do inkwizycyi posłali in manus tych, które tam mianujemy. Ale potem przyszło nam na myśl, abyście to do rąk J. M. X. Kardynała naszego, albo X. Ticinowych posłali, żeby to bez wiadomości ich nie było. A my też o tem obiema piszemy.

Dat. Varsaviae die 24 Aprilis A.D. 1571. Regni nostri 42.

CCCLIII.

Sigismundus Augustus etc.

Ticinio.

Venerabilis d. n. d. Dają nam tę sprawę, iż te akcye przeciw Papagodzie sporzejby szły, jedno iż dostatku nie masz na pisarze i na inne potrzeby. A tak piszemy teraz do Xiędza Kłodzińskiego, aby do rąk J. M. Xiędza Kardynałowych albo waszych posłał scutatos ducentos, które wy albo oddajcie commissario inquisitionis generali, sive de hujus mandato Ugolino Gualternejo Secretario S. D. nostri, albo za radą J. Xiędza Kardynała i za widzeniem tego tam commissarii generalis, sami rozszafujcie wedla potrzeby, aby ta akcya przeciwko temu złemu człowieku propter sumptus necessarii defectum nie oziębła. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae die 24 Aprilis A. D. 1571.

CCCLIV.

Cedula ad Podoscium.

Iż Cesarz J. M. nie zaniechał i teraz znowu negotium naszego Barskiego przed Królową J. M. Hiszpańską, córką swą, podziękujcie za to J. C. M. imieniem naszem. A powiedzcie, iż już na nic więcej nie czekamy, jedno aby nam odpisano na

ten list, któryśmy roku przeszłego jeszcze in Martio pisali do J. K. M., aby nakoniec nic więcej, jedno żebyśmy tandem wiedzieć mogli, czego się spodziewać, albo co sobie o tej rzeczy obiecować mamy. Proścież J. C. M. o to tylko nakoniec, aby nas na słowie dłużej nie dzierżano, ale żeby nam cokolwiek odpisano, saltem in hanc vel in illam partem.

Dat. Varsaviae die 24 Aprilis A. D. 1571.

CCCLV.

Franciscus Krasiuski, Vicecancellarius Regni.

Castaldo [1]).

